



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam  
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem  
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum  
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de  
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Disputatio VI. De Attributis Dei negatiuis definitione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

quidditativè physice, seu, vt in se re ipsa est, significare, Patet vltima consequentia: quia nomina nequeunt obiecta, quæ significant ultra suam significationem significare: esto alius aliunde melius audito nomine ea valeat percipere, atque per illud ad melius ea percipienda excitetur, vt Beatis in re præsentis potest contingere. Id enim vt diximus cert. 1. non ex vi significationis nominum est, sed aliunde ex aduersatis speciebus beate visionis, quæ eo nomine Dei abstractiuo aucto excitantur: atque inde cum lumen gloriæ, & species impressa Dei adsit, Dei visionem eliciant.

4. Denique conclusio quarta sit. Dei nomen quidditativum physice, seu, vt in se Deus est significans, neque à Deo ipso, neque à Beatis pro creaturis rationalibus relictis ad naturæ vires imponi potest: Bene tamen pro Beatis ipsis, aut aliis, qui è Dei privilegio adhuc in statu viæ Deum vident: quare absolute à creatura rationali non posse absolute quidditativum physice Dei nomen imponi dicendum est. Hæc conclusio est Nostri Vaquez, citati, & reliquorum, quos pro veraque opinione certam. 1. referrebamus. Probatur: quia creaturæ viribus naturæ relictæ nequeunt Deum, vt in se est percipere; Beati autem ita eum percipere possunt: quare, licet, & Beati cuiusmodi nomina quidditativè physice Deum significantia absolute possint imponere, quia ita eum cognoscunt, ac respectu ita eum percipiunt ritè ac cordate possunt: at respectu eorum qui Deum ita percipere non valent non magis ea imponere possunt, quam surdis, aut trunco loqui. Ex quibus omnibus constat Deum nomine sui comprehensiuo ineffabilem creaturæ omnino esse tam actiue, quam passiuè ineffabilem: atque utroque modo creaturæ relictæ viribus naturalibus esse quidditativè physice respectu etiam Beatorum ineffabilem. Secus autem actiue, & passiuè Beatis, seu Deum vt in se est videntibus inter se.

DISPUTATIO VI.

De attributis Dei negatiuis definitione.

**A**TRIBUTA Dei negatiua definitione ea, vt diximus sunt, quorum nomen negatiuum non est, sed positium; at, quod ea significatur non nisi negatione à nobis explicatur, ac definitur. In his vero sunt spiritualitas, vel immaterialitas, seu spiritus prædicatum, quod negatione corporis, seu prædicati corporeitatis à nobis explicatur. Simplicitas quæ negatione compositionis, (cuius occasione an Deus totus possit vt forma aliquid cum creatura aliqua vt subiecto componere disputabimus.) æternitas, quæ negatione termini in duratione definitur, idemque quod immortalitas est.

QUÆSTIO I.

De Dei spiritualitate, seu incorporeitate.

**Q**UÆSTIONEM hanc de Dei spiritualitate magna ex parte cum Quæstione de Dei simplicitate confundunt Antiquiores nonnulli, existimantes substantiam simplicem, præsertim totalem, corpoream omnino repugnare. Verum cum plures docti Recentiores minime repugnare opinentur, quæstio de Dei spiritualitate diuersa omnino est à quæstione de Dei simplicitate, seu in compositione, substantiali adhuc. Cum, enim corporeus foret Deus simplex tamen absque essentiali substantiali compositione esse posset. Item, licet spiritualis sit, uti esse hic ostenditur, ex eo tamen conceptu realis, & vera in eo compositio, tum ex essentiali, & substantiali, seu personalitate, quæ in Angelis vul-

go admittitur, tum ex substantia, & accidentibus non excluderetur: quare Dei spiritualitate statuta, quæstioni de eius simplicitate & in compositione locus maneret.

CERTAMEN I.

Deum spiritum esse non corporeum dogmaticè contra errores stabilium.

1. **E**X Philosophis Deum esse corporeum Stoici docuerunt: dicebant enim Deum esse hunc mundum, qui sensu percipitur, teste Damasceno de hæres. Licet enim Epiphanius hæresi 5. eos animam mundi fecisse Deum asserat; id tamen de eorum aliquibus solum refert Damascenus ibidem. Et licet id omnes cum Democrito docuissent, non inde ab eo purgarentur errore cum anima corporea esse possit, sitque de facto in compositis naturalibus pluribus. Maxime cum iudem cum Democrito apud Euseb. 14. præpar. Euang. cap. 6. Epiphanius & Damascenus citatos Deum, quem mundi animam putarunt, ignem pilæ formam habere docuerint, pro eodem errore Thalætem Milel, Euseb. ibi expressè retulit atque Anaximenem Augustin. 10. Confess. pluresque alios Cicero 1. de natura Deor. nec pauciores Aristoteles 1. physicor. alios eorum errores referens, qui hunc etiam supponunt, de illis enim lib. 4. text. 52. & 57. ait nihil non corporeum intelligere vniquam potuisse. In eundem etiam errorem impingere Philosophi omnes, qui sap. 3. ignem, aquamve nimiam, Solem, aut Lunam Rectores mundi putabant. Ac tandem gentiles omnes, Philosophi etiam, qui Romanor. 1. commutauerunt gloriam incorruptibilem Dei in similitudinem hominum: volucrum, quadrupedum, &c.

2. Ex his vero, quibus fidei veræ lumen affulsit in eodem deprehenduntur errore ex Iudæis Sadducæi Actor. 23. Atque ex Christianis Manichæi apud Augustin. de hæresi, c. 46. 3. confess. c. 7. & epist. 74. cuius erroris inter eos Antelignanus exierit Audius, vel Andæus pius alias monachus, tempore Arij teste Epiphanius & Damascenus, supra licet cum sub Valente, & Valentiniano Imperatore ponat Theodoret. 4. hæret. fabular. c. 13. & 4. histor. cap. 19. cui Tripartita consentit lib. 7. c. 11. Nicephorus autem sub Iunioris Theodotio, ac Recentiores tandem de eius tempore non conueniant: de eius nomine assecla Audiani, vel paulo immutata voce Odiani, vel Vadiani ab Augustino dicebantur. De errore vero ipso Antropomorphitæ. Nec de sunt qui præstas hæreticos ab eo errore purgare velint. Nam Damascenus supra, & Aug. hæresi, seu c. 50. Ex Epiphanius id schisma eorum, non hæresim fuisse affirmant: licet durissime illud Genes. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*, ab eis asserant explicari, quia id nimirum de hominis ad Deum similitudine secundum corpus explicabant. In quo tamen error aperte me iudice continetur.

3. De eodem incusat error Tertull. ab August. 10. de Genesi ad litter. cap. 25. vbi contraria docuit. Et ait: cum Deum impossibilem Catholicè semper teneat, & tamen 8. de anima, corpus omne passibile dicat, cum superius corporeum dixisset Deum. Eum tamen ab eiusmodi errore excusat de hæresi. c. 86. quasi solum velit asserere Deum non esse inane quid, & fictum, sed verum, cum corpus eum dixit. Non secus atque ad Colossens. 1. dicitur *plenitudo diuinitatis in Christo corporaliter*: id est, non fictè, & apparenter inhabitare. Et quidem neque citato loco de anima is apud Tertullianum legitur error, neque locus alius eius ab Augustino aliique Recentioribus, qui Tertullianum Antropomorphitis adiungunt, notatur. Sed notatur tamen à Nostro Vaquez 2. aduersus Marcion. c. 16. vbi cum errorem his verbis expressit. *Quanta erit diuersitas diuini corporis, & humani, sub eisdem nominibus membrorum, tanta erit diuersitas, & animi diuini, & humani differentia, sub eisdem licet vocabulis sensuum*. Nec refert lib. de Trinit. cap. 6. & 7. fusè ostendere Deum spiritum esse: is enim liber Tertulliani non est, sed Nouatianus,

ORTEGA  
IN J. P. PARI  
D. V. I. A.

tiani, vt bene probat eius interpres Pamelius. In eodem tandem errore fuisse videtur Arnobius 3. contra gent. & Lactant. 1. de ira Dei. Confitetur eidem errori Vostius apud Becanum c. 6. vbi hæc ex ipso pag. 240. refert *videtur esse Paradoxum Deum se communis quantitatis exportem esse, vt totus substantialiter sit in re qualibet etiam minima.*

4. An vero Meliton Sardensis Episcopus hunc tenuerit errorem? orta inter Eruditos hæc est in textu Theodoretii in Latinum versi quæst. 20. in Genes. post medium orta, vbi dicitur Melitonem Deum corporeum asseruisse illis verbis: *de quorum numero est Meliton: qui scripta reliquit: quibus asserit Deum corporeum esse.* Sed immerito tamen, ac sine fundamento vilo, adhuc in Theodoretico, cum Melitoni errorem appingi ostendant doctè Sixtus Senens. 5. Biblioth. Sanctæ, annot. 18. & noiter Valq. tit. 1. part. 1. disp. 21. cap. 1. v. *verum*. Vbi ea verba non Theodoretii, sed malè illum in Latinum vertentis esse ex græco, & proprio Theodoretii textu aperte conuincunt: græco enim illius textui hæc latine ad verbum respondent: *quorum sunt, quæ Meliton scripta reliquit de eo, quod est Deum corporatum esse.* Cuius libri meminere Euseb. lib. 4. cap. 25. & Hieronym. de scriptorib. Eccl. sine vlla nota imo magna Melitonis laude ex testimonio Tertulliani etiam lib. aduers. Eccl. pro Montano: vbi Melitonem à plerisque Prophetam habitum ait: quo aperte ostenditur, vel eum solummodo ex aliis eum errorem libro illo retulisse, & impagnasse, vel voce corporatum, incarnatum Deum significasse. Accedit, quòd Eusebius ipse lib. 5. cap. 23. alias 24. iterum præclaram Melitonis fecit mentionem, atque hæc Polycreas Concilij Asiæ (vbi de celebrandi Paschæ die agebatur) Præfatis verba ad Victorem Papam retulit. *Quid perre beatum Papyrium, & Melitonem Eunuchum reconsecram, qui Spiritus sancti instinctu assatus totum vitam suam tempus pie, sancteque exegit, qui Sardis conditus est.* Quem textum perperam antiquus quidam Eusebij interpres vertit *Macharium*, quasi nomen proprium, non vt adiectiuum, quod idem, atque *beatum*, est vertens, atque Eunuchum etiam non vt cognomen, sed vt nomen proprium alterius apponens.

5. Cæterum Deum spiritum esse, non corpus, nec corporeum, fides Catholica est, definita ferè cap. *firmiter*, de summ. Trinit. vbi Deum non habere partes in substantia sua definitur: substantia enim totalis, vt Deus esse debet, si corporea sit, nequit non partes, saltem integrantes, habere; imò, & partes extra partes localiter, seu extensiuè aptitudinaliter. Constat idem expressè ex Scriptura Ioann. 4. *Spiritus est Deus.* Licet enim *Spiritus* quandoque in Scriptura pro aère vsurpetur; ast hic, vbi de Dei adoratione agitur spiritus nomine, non aër, sed substantia spiritualis, ac non corporea necessariò intelligitur. Alioqui aër adorandus à Christo concluderetur: quod vix idololatra admitteat. Confirmatur: quia ex eo, quod Deus Spiritus sit nullo conclusus loco, quare nec Hierosolymitano templo, vllòve alio determinato, adorari vbique, & spiritu, id est, anima adorari posse Christus conclusit: quod malè de aëris corporei adoratione concluderet: cum & loco aër contineatur, atque à nobiliori animæ spiritualis substantia adorari nequeat. Idcirco spiritum ibi pro spirituali substantia vsurpatum testantur communi consensu Patres relati, recitaturque à nostris Maldonato, & Tolero Cardinali: quod autem Patres non nulli Angelos spiritus esse, & corporeos, subiles tamen, sicut aëra corporeum, & c. proinde depingi posse quondam putarint, præterquam quod errarunt, non tamen ita esse spiritum Deum illis aliquis asseruit, cove sensu spiritum eo loco interpretatur.

6. Secundo probatur ex locis Scripturæ, quibus Deus inuisibilis asseritur ad Roman. 1. *Inuisibilis Dei, &c.* 1. ad Timoth. 1. *Regi saculorum immortalis, & inuisibilis.* Etenim de inuisibilitate Dei oculis corporeis, siue cognitione corporea, vt minimum è Patrum consensu intelligenda ea loca sunt: ast quidquid corporeum est visibile, seu corporeè cognoscibile est, vt patet. Tertio probatur ex locis, quibus Deus impassibilis, & immutabilis dicitur: Hæc enim proprie intellecta, vti de Deo intelligi debent, de corporea substantia intelligi non possunt. Quarto probatur ex locis, quibus Dei vbique-esse, siue immanitas à nobis probata est d. 4. corpus

enim, siue finitæ siue infinitæ magnitudinis ponatur, vbique esse non potest, cum, vbi pars altera est, totum, & partes alia esse nequeant. Quinto probatur ex locis, quibus Deum depingi non posse dicitur, neque effigiem, aut imaginem corpoream propriam habere, de quibus controuersi, de Adorat. quia vtrique corpus non cit. Sexto probatur ex loco Genes. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Cui Audiani, siue Antropomorphitæ imitebantur: cum enim de similitudine hominis ad Deum, non secundum corpus, sed secundum animam spirituales substantiam, quia spiritus Deus, non corpus, est Patres omnes consensè docent. Epiphanius, & Theodoretus citati, Basiliius Hom. 10. exhamer. cap. 8. Nyssen. orat. 1. quæ est in eum locum, August. enarrat in Psalm. 48. sine 1. de doct. Christi cap. 12. atque vno verbo omnes Patres, & Doctores vbique cum locum interpretantes. Et quidem in reliquis præter substantiam spirituales plura Deus sex anterioribus diebus corporea in mundo hoc visibilibus, cum viuencia, tum inanimata, tum sensitiua, & cognoscitiua corporea produxerat, quæ tamen sui imagines non dixit, sed hominem solum: est ea non actiue solum, sed idealiter, & imitariue ab ipso fierent: vt planè ratione substantiæ spiritualis, quæ anima hominis est, specialiore & ceteris præstantiore imaginem suam hominem esse monstraret: quo Audiano- rum obiectioni euanciscit, est rationi, nec solum Patrum authoritati itemus.

## CERTAMEN II.

## Eadem veritas à ratione probatur.

1. **N**equè fide solum, sed & ratione constat naturalis veritas præfata. Eam ideò assecuti sunt ex philosophis Plato in Timæo, teste Iustino M. Dialogo cum Triphone, Hermes, Trismegistus testante Cyrillo 1. contra Iulianum sub finem, Atitior. 12. metaphyl. & 8. phisic. Cuius rationem tradit textu 79. quia cum Deus infinitæ virtutis sit, eaque in corpore finito esse nequeat, ne in instanti moueat (quod motui repugnat) cum citius quavis virtute finita debeat mouere, ac proinde in instanti: quia in tempore quouis breuiori augmento virtutis finitæ maiori, & maiori motus tandem peragi poterit: atque ex alia parte nequeat esse infinita magnitudo, seu corpus infinitum (vt ipse probatur 3. phisicor.) sit vt infinita illa Dei virtus in substantia corporea esse nequeat, sed in spirituali: ac proinde Deus, qui infinita virtute pollet, spiritus, non corpus, erit: sed certè hæc ratio eodem modo probat, si quid probat, contra infinitam vim motuum substantiæ spiritualis in instanti moturam: quod si respondeas substantiam spirituales non agere, aut mouere quantum potest, sed quantum vult, & expedit, id etiam hebet substantia corporea rationalis: quare motus instantaneus ex infinita Dei rationalis corporei virtute non inferetur. Secundo vel infinita virtus motui è conceptu suo respicit motum instantaneum possibilem, vel sine huius possibilitate esse potest, atque intelligi. Si primum ex eius positione ponitur motus instantanei possibilitas, atque repugnantia aboleretur (in qua ratio Aristotelis nitetur) licet ex libertate ad eius potentiam vltimè posse instantaneum motum de facto poni, ni aliunde repugnet, manifestum est.

2. Vltèrius consequentia motus instantanei ex infinita virtute motiua non deducitur. Infinitas enim potentia non arguit infinitatem effectus, si huius infinitas aliunde repugnet, & potentia resistat; vt patet in omnipotentia, ex qua non rectè inferitur possibilia esse infinita, neque infinitam rem non repugnare, sed solum posse ab illa finitam maiorem, vel finitas plures, & plures in infinitum synecategorice fieri. Sic ergo ex infinita virtute motiua Dei solum inferitur motum minori, & minori tempore in infinitum fieri posse: & minori quidem, & minori quam à maiori, & maiori virtute finita peragi queat, non autem in instanti. Quod autem respondet Thom.

Thom. 8. physic. titul. 79. laudatus à Caier. opuscul. de infinitate Dei intensiva: agens corporeum esse vniuocum: ac proinde oportere, vt tota mouentis potentia in suo motu ostendatur; quod secus cuenit in agente spirituali, nil prestat. Si enim loquitur de virtute corporea infinita Dei supponit probandum, imo improbabile. Cum enim nobilissimum agens corporeum esset ( vt pote Deus) æquiuocum sane, & agens, & mouens esse deberet. Si autem loquatur de agente omni corporeo, falsum omnino est: cum sola plurimum causa æquiuoca sit, neque in motu, seu effectu suo tota eius virtus manifestetur. Denique, si infinita virtus motiua in corpore infer motum corporis instantaneum, infinita etiam virtus in spiritu inferret motum instantaneum spiritus, quare Angelum in instanti moueri posset eadem vi illationis similis hoc Aristotelis argumento contra Sanctum Thomam euincitur.

3. Sed, licet consequentia modus instantanei ex infinita virtute Dei corporei admitteretur, quid tanti admitteretur absurdum? Etenim, est motus successiuus, qua successiuo repugnet instantaneum esse; aut virtus infinita, quæ motum instantaneum ageret non efficeret illum successiuum & instantaneum simul, sed instantaneum solum cum, qui alias, à virtute finita successiuus foret. Id quod in motu alterationis, ni resistentia addit extrinseca: à virtute etiam finita fieri posse certum omnino est: Cum tota alterationis successio à resistentia, vel actiua, vel formali, virtuti actiue opposita omnino pronuat, vt omnibus philosophis est notum; qua de re singulares, & exactas disputationes dedimus controuersi. de alteratione, anno millesimo sexcent. trigel. secundo, cum Compluti Philosophiam profiteremur: quarum doctrinam preslo nostro nomine suæ philosophiæ prælo honorauit noster Franciscus Oniedo: imò & vtraque resistentia adstante ad aliquid qualitatis oppositæ, licet non ad totam, fieri instantaneum sæpe motum certissimum est: tum, cum in instanti alteratio inchoatur: tum, cum alteratio est continua. Quare id quod Gregorius arabianus 1. d. 42. quæstione 2. infinitam Dei virtutem ex eo, quod instantaneè calidum in frigidum mutare queat falsum est; nisi forte de mutatione instantanea de summo ad summum: imo hæc potius ex infinita virtute Dei demonstraretur, quam hæc ex illa, si demonstraretur: aut non demonstratur, sed solum virtus infinita secundum quid, & superioris ordinis, quam hæ inferiores virtutes. De motu vero locali corporis instantaneo, (de quo loquitur planè Aristoteles ibi) quique instantaneam habet successiorem, cum naturaliter mobile secundum suas partes per omnes spatij partes transire debeat, ac proinde naturaliter fieri in instanti nequit; supernaturaliter tamen fieri id posse vel mutatione de loco in locum, quin corpus per medium transeat, vel ponendo mobile simul in spatio toto mysteria Eucharistiæ, paruque virginei suadent.

4. Debita Aristoteli obseruantia rationis eius examen, licet non approbationem nobis extorsit. Aliis autem aliorum rationibus, hic adhuc honos non debetur. Cuiusmodi est illa, quæ supra à nobis quæstionis præfatione reuocata: quod scilicet substantia corporea nequeat non materia, & forma constare, quod Deo repugnat, aliæque non rarioris melioris. Omnes igitur rationes solidæ ei imminuntur principio: quod scilicet substantia omnis corporea completa partes substantiales extra partes, quoad locum saltem aptitudine habere debeat; vt controuersi metaphysic. ostendimus, lateque probat Soar. tit. 1. metaphysic. d. 13. sect. vlt. Etque hic proinde supponendum tanquam principium alibi ostentum. Etenim inductione per omnes substantias corporeas totales facta in eo conceptu ab spiritualibus metaphysicè, & primario differe competum est, æquè, atque substantiam rationem primario per principium, seu aptitudinem ad rationem ad brutis distingui. Dixi completam substantiam corpoream, quia id ad præsens institutum est satis, atque, vt indiuisibilia substantia corporea, quibus totalis illa, saltem inædæquate, componitur, non includam. Ex hoc vero principio inferitur Deum corporeum (est incompositum ex materia, & forma sit, atque in eo quod partes integrales substantiales verè habet, secundum

dum se totum, atque omnem sui essentialem partem, partes habebit, saltem aptitudine extensas: cum tamen perfectiora corpora, vt humana, secundum se tota, atque omnem essentialem sui partem non habeant partes, adhuc aptitudine, extensas. Ex quo substantiis creatis spiritualibus imperfectior etiam euincitur.

5. Secundò vt benè Castro aduersus Audianos hæresi 2. arguit, vel Deus ille corpus substantiale esset finitum, vel infinitum? si finitum, loco concluditur, aut spatio, ultra quod non sit, v.g. toto mundi spatio contra eius immensitatem, & data pro illa Scripturæ testimonia, vel infinitum occuparet spatium: quod (vt non repugnet infinitum corpus) conuincit saltem ultra finitum mundum de facto per immensum, & infinitum spatium extendi: cum corpus illud Dei non minus ad mundum corporeum spectaret, quam corpora mundi reliqua. Rursus vel ita esset in spatio, siue finito, siue infinito, vt totus esset in toto, vel totus in toto, & totus in quavis eius parte: atque vtrouis modo perit argumentum. Si autem secundo hoc modo sit (vt ad eius perfectionem summam videtur spectare) natura sua ei modus ille competet. Est autem inintelligibile, & repugnans corpus, quod essentia, vt diximus sua partes extra partes localiter, & extensiuè peti habere, petere simul essentia sua partes easdem habere localiter, & extensiuè intra partes.

6. Probatur tertio, Partes integrales in substantia Dei locum habere non posse: ac proinde neque corporeas, & quæ diuersum spatium, & locum ab aliarum loco, & spatio reposcant. Primo: quia Deus omnino, ac summe independentis substantia est: si autem partibus integrantes constaret, vtique ab eis tanquam à constituentibus dependeret, & dependentia quidem imperfectiori, quam à causa efficienti. Item: cum nulla earum Deus esset, à se non esset, sed ab alio, ac similiter earum vniuocum necessaria, ne Deus ens per accidens, & velut cumulus lapidum foret. Vnde hæc omnia, quibus substantia Dei tui constat: imo, quæ sola coniuinctum Deus est, creata ferunt, & ab alio. Elige à quo alio malis: si à sese vicissim: ecce circulum causalitatis repugnantem, vt ostendimus d. 1. quæst. 2. si ab alio ille erit Deus, non hic, quem partibus integrantes constare defendis: de illoque alio rediretur quæstio: an similibus partibus substantiæ suæ constet? Esi aliter redeunt de hoc consequentia, ac rursus de alio, & alio, à quo eius partes sunt, in infinitum redibunt. Secundò: quia non esset simplex, & vnus Deus, vt cum esse Patres omnes, ac preclarissimè Bernardus, clamant, nosque quæst. 2. ostendimus: imò substantia Angeli cuiusvis simplicior, atque (vt sic loquar) vniuer forer. Tertio: quia implicat ex non diuino diuinum, seu Deum, adhuc è nostro concipiendi modo, compingi: atque eiusmodi partes diuinæ non essent; ergo eis nequit Deus, adhuc metaphysicè, & per rationem constari. Minor probatur ex dictis. Nam infinitum in sua linea ex suo conceptu metaphysico, & indiuisibili est, quicquid diuinum est: vt supra ostendimus d. 3. qu. 5. cert. 1. & 2. nulla autem ex eis partibus integrantes infinita è sua essentia, indiuisibilique entitate, ne dum conceptus foret, vt patet.

7. Præcipuum erroris oppositi fundamentum locus ille Genes. 1. erat contra Patrum omnium interpretationem ab hæreticis intellectum. Aliud est vñhilo firmius; scilicet in Scriptura Deo sæpe humanorum membrorum nomina accommodari. Si autem inde hæreticorum sententia probaretur, probaretur etiam Deum, leonem, vitulum, & similia esse, atque alia pleraque eiusmodi habere: quod est ridiculum: eis quippe nominibus sæpe in Scripturis compellatur, similiæque dicitur habere. Ea tamen omnia solum metaphoricè Deo in Scripturis attribui, sicque de eo intelligi debere Patres consone docent. Nouatianus c. 6. & 7. de Trinit. August. de vera & falsa relig. c. 50. epist. 112. post med. de ellen. diuinit. post init. Hieronym. & Anselm. opusc. de ea re. Gregor. 14. Moral. c. 12. in id Orabam filios, &c. Damasc. 1. de fide c. 14. & 15. Isidor. 6. Etymol. Hieron. item epist. ordine 15. tit. 9. & communiter interpretes, vide Sanctum Pagninum in itagoge cap. 48.

ORTEGA  
En J. Paci  
D Via

## QVÆSTIO II.

## De Dei simplicitate.

**S**IMPLICITAS Dei physica, quæ Dei attributum exploratò est, idem prorsus est, quod eius physica indiuisibilitas, atque ex partibus incompositio, quæ absoluta negatione compositionis explicatur. Vt ergo plenè Dei simplicitas physica ostendatur, omnis compositionis negatio ostendenda de ipso est. Duplex autem genus compositionis vniuersim in rebus reperitur: alterum substantialis compositionis, alterum compositionis accidentalis: sub primo quatuor species continentur. Altera compositionis ex essentia, & esse, seu existentia, quam, ne in creatis quidem admittebamus in metaphysicis, & à Deo specialibus rationibus ablegauimus d. 2. qu. à num. 4. certaminis i. per totam, quare nihil hic restat de ea disputandum. Secunda compositionis ex essentia, seu natura & subsistentia, seu personalitate. Tertia compositionis ex materia & forma substantialiter. Quarta ex partibus quasi integrantibus substantialiter. Licet vero uterque hic postremus compositionis substantialis modus in solis substantiis corporeis (è quibus Deum non esse proximè ostendimus) à nobis deprehendatur; tamen spiritualis substantia conceptui metaphysico non repugnat: quare de substantia spirituali Dei disputationi locus manet: an alterutro modo sit composita: compositionis autem accidentalis (quod ad præsens attinet) species vnica solum consideranda est, siue ea in genere examinanda, an Deo repugnet. Primo igitur vniuersim Dei absolutam simplicitatem, physicam indiuisibilitatem, atque omnimodam incompositionem ostendemus. Secundò substantialem eius simplicitatem, & incompositionem. Tertio etiam accidentalem eius incompositionem singulatim monstrabimus.

## CERTAMEN I.

## Dei simplicitas vniuersim catholicè stabilitur.

**C**ontra Dei simplicitatem vniuersim, & absolute loquendo effutere, quicumque Deum corporum effutiebant qu. 1. cert. 1. Item qui Deum mutabilem blasphemabant d. 4. qu. 2. Denique contra Dei simplicitatem errauit Gilbertus à nobis recitatus & impugnatus controuer. de Trinit. d. 8. qu. 5. cert. 1. asserens personalitates diuinas realiter à natura, & essentia Dei differere. Dogmatizantur id ipsum Angelite, siue Theodosiani, & Anselmi tempore clericus Gallus, ibidem relati. Cum autem Deus non ens per accidens, vt lapidum cumulus, sed ens per se absolute admittatur, sit planè eos non solum contra physicam Dei indiuisibilitatem, sed & contra simplicitatem absolutam, atque omnimodam incompositionem errasse, nec longè ab eorum errore abijt Durandi sententia ibidem etiam à nobis recitata: sub his autem terminis errasse Abailardum, testatur Prateolus Elencho hæresum. Licet sanctus Bernardus huius in illo erroris non meminerit epist. 188. 190. & 192. vbi eius memorat, & infectatur errores. Est autem in duplici relato contra simplicitatem, & indiuisibilitatem Dei errore differentia: quod postremi hi compositionem Dei ex essentia, seu natura, & personalitate asserant, vel expressè, vel virtute, in essentia vero, vel communibus siue substantialiter, siue accidentaliter diuisibilitatem, seu compositionem physicam in Deo Catholicè prorsus negent. Primus vero error etiam inter communia realem diuisibilitatem & compositionem admittat: atque ex eius Patronis alij substantialiam, alij vero accidentalem tantum.

2. Dei tamen absoluta simplicitas physica, seu realis indiuisibilitas, & incompositio definita fuit in Concilio

Rhemenf sub Eugenio II I. contra Gilbertum tit. 3. Concilio. par. 2. decreto illo recitato d. 8. citata qu. 1. cert. 1. n. 1. vbi occasione erroris Gilberti vniuersaliter definitur: *Nihil esse in Deo, quod Deus non sit*, quod, ni Deus simplex omnino, atque indiuisibilis entitas, & incomposita realiter sit stare non potest. Secundo definitur eadem veritas in Concilio Lateranen. sub Innoc. III. relato cap. Firmiter, de summa Trinit. Huc etiam faciunt, quæ contra distinctionem realem proprietatum ab essentia referebantur. Secundò loco ex Dionysio Areopag. & ex Damasceno citata qu. 1. cert. 2. n. 4. & quæ ex Bernallo 5. de considerat. ad Eugen. & Iustin. M. qu. 144. ad Orthodox. cert. 2. num. 4. retulimus. Item quæ ex Nyfeno Orat. Carech. 1. recitabamus cert. 3. n. 3. & 5. atque hoc numero ex Cyril. Alexand. cap. 8. circa finem Damasc. 1. de fide cap. 12. initio, & cap. 13. initio. August. 11. de ciuit. cap. 10. circa med. & 7. de Trinit. c. 1. & 2. init. Athanas. Apolog. pro Syno Nicæna. vbi & Dei simplicitatem realem itaunt, & ex illa realem personarum diuinarum cum Deitate identitatem euincunt. Tertio, eo etiam spectant, quæ cert. 4. eius quaestionis n. 3. & 4. recitauimus ex Iacobo Fratre Domini apud Clement. Rom. 8. constitut. Apollol. c. 12. Dionys. de diuin. nomin. c. 2. 4. 5. 6. & 7. Cyrill. & Synod. Alex. epist. ad Nestor. 1. actor. Concil. Ephesin. cap. 14. col. 8. Nazian. orat. 37. de Theof. S. Athanas. 1. de S. Trinit. cont. Anom. Basil. 15. de fide circa med. & de Spiritu Sancto c. 19. sub init. Damasc. 1. fid. cap. 18. August. serm. 38. de temp. 1. col. 3. Fulgen. de fide ad Petr. cap. 2. vers. fin. Prosp. aduers. collator. cap. 27. sub init. adduximus in quibus de Deo concrete dicto, ac de personis naturam, & attributa in abstracto predicari docent, id quod sine horum, & cum personis, & inter sese identitate fieri minimè potest. Legendi insuper in terminis pro Dei simplicitate disputantes erunt Arist. 12. met. cap. 7. Hilar. 8. de Trinit. August. 11. de ciuit. cap. 10. & lib. 15. cap. 17. Isidor. 1. de sum. bon. cap. 1. Boët. de Trinit. cap. 3. Bernardo citato lib. 5. de considerat.

3. A ratione vero omnimoda Dei simplicitas, & incompositio eis ferè rationibus probatur, in quibus quaest. 1. cert. 2. n. 6. Deum ex partibus integrantibus vllis componi minimè posse. Insuper: quia, licet simplicitas rei nihil illi posituum addat (vt contendit Scotus in 1. d. 8. qu. 1. ad 1. & quodlib. 5. & Soncin. 4. met. quaest. 14.) sed solum negationem incompositionis (vt vult Caiet. cap. 2. de ente, & essent.) qua à nobis explicatur. At inductione per omnes res tam totales, quam partiales inter sese comparatas arguit ceteris partibus perfectionem maiorem: Cum autem Deus ens absolutissimum, perfectissimumque sit omnino simplex, atque indiuisibilis entitas esse debet. Confirmatur: quia, cum ea, ex quibus Dei perfectio coalesceret, si compositus esset, incompleta necessariò forent, omnia imperfecta essent, & inuicem alia ab aliis perfectibilia vicissim: ergo & Deus eam saltem imperfectionem haberet, quod ex imperfectis coagmentaretur. Insuper imperfectiones alia tracta citato illo n. 6. Tertio vel singula, quibus Deus realiter constare essent à se, vel vnum solum: si singula: incidit in pluralitatem Deorum. Si vnum ex eis solum, & reliqua ab ipso in primis redintegratur quaestio, & interrogatio, simplex, an compositus sit: ac de eius partibus an sint à se omnes vel solum ex eis altera? & sic in infinitum: quod si de aliqua simplex esse asseratur, & à se esse, reliquas vero ab ipsa: primo ea solum Deus erit, reliquæ vero creaturæ, & ab alio: quare totum coniunctum neque à se, neque Deus erit, sed ab alio, & creatura: cum illud debiliorem partem sequi debeat. Neque hoc argumentum in processibus diuinis, in quibus vna solum persona immutabilis, & notionaliter à se est, reliquæ vero notionaliter sunt ab ipsa, instari contra nos potest: quia, neque ab illa causatiue sunt, vti partes realiter compositi, ac non simplices Dei essent: neque realiter ita inter sese distinctæ, vt non habeant in substantia, & natura absolutam, simplicemque unitatem, & identitatem.

CERTAM.

CERTAMEN II.

Substantialis Dei simplicitas, & incompositio speciatim monstratur.

1. Substantialis Dei compositio (præter illam, quam Seleccimus in quaestione præfatione ex essentia, & esse, siue existentia) triplex omnino ibi à nobis recensetur. Altera ex natura, & personalitate, seu subsistentia, cuius ex principiis naturalibus, nec leue iudicium est: cum in illis nulla de reali subsistentia à natura distinctione ad realem eorum compositionem necessaria, vel leuis umbra sit, aut suspicio; quin potius illis solum stando realis illarum idearum demonstrari videtur. Ad fidei vero lumen, quod eam distinctionem nobis detexit diuinarum personalitatum cum Dei essentia, & natura identitas innotuit: quare quidquid difficultatis, & nebulae pro compositione Dei ex suppositis, & natura diuina ex fidei luce excutitur, eiusdem etiam fidei radiis euanciscit. Accedit subsistentiam creatam realem, & potentiam nihil supra naturam ullam substantialem addere, sed solum negationem essendi partem vt præter. de Trinitate. quaestione 2. certam. 5. ostendebamus. At negatio compositionis inepta, vt constat, omnino est: scio nonnullos de subsistentia, vt sic, siue communi, quam in diuinis admittunt, contendere esse de conceptu essentiali Deitatis, seu essentia, ac Deum per essentiam suam non minus subsistere, quam existere. Hac tamen ratio, & falso inuitur principio de subsistentia diuina communi, neque hanc identitatem, adhuc realiter cum essentia, æque atque existentiam probatur, nisi ad principiorum pure naturalium falsitatem recurratur: quod natura, & suppositum idem re ipsa semper sint.

2. De duplici ergo alio compositionis substantialis genere, nempe vel ex materia & forma, vel ex partibus integralibus in Deo locum non habere ostendendum reicit. Et quidem de compositione ex materia, & forma corporeis, atque eiusdem generis integralibus partibus ostentum satis est quaestione 1. Deo minime competere. Nunc autem neque incorporeis, & intellectualibus partibus substantialibus physicis, siue essentialibus, siue integralibus constare Deum posse ostendendum nobis erit: quocirca ex negatione compositionis ex partibus integralibus quantitatis Dei, ex essentialibus incompositio minus recte, adhuc à posteriori, colligitur. Inde enim solum inferitur ex materia, & forma siue partibus physicis essentialibus corporeis non componi Deum; non autem non componi ex materia & forma substantiali incorporea: quas impossibiles esse, ac repugnantes, neque ex definitione, & essentia materie primæ, & formæ, neque ex definitione, & essentia metaphysica substantia corporeæ, & spiritualis ostenditur: Licet eas ex physicis principiis naturalibus, quæ nobis pro hoc statu innotescunt, non possimus ostendere. Similiter neque ex negatione corporis in subsistentia diuina monstrata, eius integritatem simplicitatem, siue ex partibus integralibus incompositionem demonstrare non possumus. Cum enim integrales corporis partes cæ sint, quæ non solum substantialiter, & extensiuè, sed localiter etiam, & extensiuè extra alias esse repositum; quod Deus corpus non sit partes, quæ separantur solum, & substantialiter sint, nec localiter, & extensiuè esse extra alias petant, non videtur ab eius subsistentia necessario remouere. Quare vtriusque huius generis simplicitas, & incompositio substantialis aliunde erit ostendenda.

3. Igitur præter ea, quæ omnimodam Dei simplicitatem, & incompositionem monstrabant certam. 1. numero 3. Physica illius substantialis essentialis simplicitas, atque ex materia, & forma incompositio speciatim est probanda. Etenim Deus est physice ens actualissimum, necessarium, & essentialiter existens, vt diximus: ergo nihil habet physice contingentia & potentialitatis: atqui, si materia, & forma constaret, aliquid

Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tomus I.

haberet potentialitatis, neque absolutè à se, & essentialiter ac necessario esset, sed ab alio, & contingentiter: ergo materia, & forma substantialibus, adhuc incorporeis, non constaret. Minor probatur: quia, cum de conceptu materia primæ substantialis vt sic, sit esse potentiam receptiuam formæ, vel vnionis, eam proculdubio essentialiter includit, quod ea essentialiter physice constiterit. Ne vero dicas rationem actus puri diuini esse rationem actus puri in essendo, non autem in recipiendo: ac proinde non excludere potentiam, seu potentialitatem receptiuam, quæ alterius est ordinis, sed solum in ordine existendi: sicut licet materia prima sit pura potentia in ordine receptiuo, etiam dum actu exiit, est tamen in actu in ordine essendi, seu existendi. Contra primo: quia eo ipso, quod materia prima sit pura potentia in ordine receptiuo, nequit esse ens à se, atque essentia sua in actu, & necessarium, sed contingens: ergo neque, quod illa constaret actus omnino purus in ordine, & linea existendi esse potest, neque ens à se & necessarium: cum eius essentia sine illa, quæ ab alio, & contingentiter est, esse non possit. Recte ergo ex ratione actus puri à se, & necessarij in linea existendi inferitur Deum materia prima, qualicumque, constare non posse.

4. Inde vero neque forma vlla posse Deum substantialiter componi est omnino declinæ. Cum enim correlata necessario hæc sint, cui repugnat constare materia substantiali, & forma substantiali constare repugnabit necessario. Vterius de forma probatur: quia, si esset dependens à materia illa à se non esset, ac proinde neque actus purus, & necessarius, qui dependentiam actiuam nobiliorum, excludit: imo non posset non dependentiam actiuam ab alio habere: quæ, cum à materia ipsa tandem esse nequeat, quia, & ipsa ab alio est, causam aliam efficientem haberet tandem illa forma; quin materia respectu formæ, quæ ex ipsa educitur, vim actiuam non haberet: quare alio agentè, quod ex ipsa illam educat immediato opus haberet: neque quod ex illa componeretur, Angelo, atque animo rationali spirituali esset perfectior. Si autem esset materia illa independens adhuc receptiuè actu, saltem dependeret possibiliter: ita, vt hac repugnante, & forma illa repugnaret. Item, si eam formam à se esse dicas, contra proximè adducta, non poteris efficientem causam illi negare. Ac proinde à se non esse. Si autem demus eam esse, ac proinde necessario esse, illa sola erit Deus. Quod ipsum argumentum de vnione factum puta. Tertiò de ratione, & essentia Dei est esse primum ens: atqui si ex materia, & forma constaret, primum ens non foret: siquidem illæ Deum intimè cauarent, atque naturæ præcederent: ergo eis non constaret Deus.

5. Atque hoc sanè argumento demonstratur Deum ex partibus integralibus substantialiter non componi, sed eius physicam subsistentiam simplicem physice, atque integraliter etiam incompositam esse. Alioquin enim ens primum non foret: imo neque à se, neque actus necessarius, & purus. Licet enim partes integrales alia aliam potentia receptiuæ non sint, tamen sunt potentia compositiua, atque entia in potentia ad vnionem cum aliis. Scio Aristotelem citato loco Deum ex materia & forma incompositum demonstrasse, quia ab æterno est. Sed nescio qua firmitate, aut consequentia. Etenim Deum entia permanentia saltem, posse ab æterno producere probabilissimum est: quare ex eo, quod ab æterno sit, nequit Deum esse firmiter inferri. Insuper cum Aristoteles ipse ab æterno cælum materia & forma constans, & incorruptibile esse affirmarit: est Deus ab æterno, & incorruptibilis sit, materia, & forma constare optimè in eius sententiâ poterit: quare & arguit inconsequentem, vt patet.

\*\*\*

ORTEGA  
IN A. PARI  
D. VIA

**CERTAMEN III.***Physica Dei simplicitas, seu incompositio  
accidentalium statuitur.*

1. **P**hysicam intrinsecam accidentium Deo inhærentium (de qua solum agimus) compositionem et tribuerunt Philolophi memorati à commentatore 12. met. text. 36. & à Sancto Thom. 1. contr. gent. c. 23. His annexe Vorstium, & alios hæreticos, quos contra Dei immutabilitatem effutiisse referebamus d. 4. q. 2. cert. 1. n. 2. qui liberis Dei actus in tempore incipere, ac desinere, etiam quoad intrinsecum Dei, continebant, cum tamen Deum in substantia, & essentia sua æternam, ac necessarium cum Catholicis iudicarent: ac proinde eos actus in Deo non secus, atque in nobis accidentia physica putabant. Opposita autem veritas adeo constans, rationis etiam naturalis ductu, est, vt eam sapientiores Philolophi omnes fuerint assensu: Plato in conuiuio vbi hæc: *de Deo semper est, nec mutatione afficitur, neque vbi pars pulchrum est, neque, vt id, cui pulchritudo inest: sed ipse per se pulchritudo, unde manas ceterorum pulchritudo.* Arist. eiusque peruenit commentator citato loco met. Et Plutarch. lib. de doctrina Principum: *Non afficit Ioui iniustitia, sed ipse est iniustitia, lexque exactissima.* In quam sententiam Philolophi alij scripserunt apud Cyrillum, & Nisenum infra.

2. Apud Patres vero, & Catholicos Doctores concors omnino sententia est Deo nulla accidentia physica adesse. Ita censent Boetius de Trinit. Augustin. 5. de Trinit. c. 4. 5. 16. lib. 7. c. 5. ferm. 38. de temp. ful. docentes, quæ de Deo accidentium nostrorum adinstar prædicantur substantialiter prædicari, quia substantiam, physicam nimirum, in illo significant. Consonant Athanas. epist. ad Episcopos Africa. Marius Victorin. 1. contra Arianas epist. 141. ad Cæsarienses. Nicetas in orat. 40. Nazianz. ad id cupio dissolui. Cyril. Al. 11. thes. Nislen. hom. 5. in Cantica, qui duo pro eadem veritate plures Philolophos referunt. Non solum tamen Patres hocce (quod satis eius firmitati esset) conclusio nostra Patronos habet, sed & nostram catholicam fidem: definita siquidem est à Leone Papa 1. epist. 93. ad Turib. c. 5. item & à Concilio Rhemeni, vbi contra Gilbertum definitur Deum, & personam quamuis diuinam esse suam sapientiam, bonitatem &c. Quod, nisi attributa hæc, quæ accidentaliter nobis sonant, & inter se, & cum personis realiter identificantur, fieri minime poterit, vt dicebamus cert. 1. n. 2. argum. 3. è plurium Patrum autoritatibus petito: quocirca eorum omnium testimonia nostram hanc conclusionem obfirmant.

3. Nec desunt veritati eidem naturales demonstrationes præter generales datas cert. 1. n. 3. & quidem ex demonstrata Dei immutabilitate contra Vorstium, & similes, in Deo separabilia, atque ipsi defectibilia accidentia physica repugnare satis ostenditur: quoad omnia vero, etiam necessaria, & indefectibilia accidentia physica repugnare probatur primo: quia cuiusmodi accidentia physica Dei à Deo distincta realiter erunt: quidquid enim substantiæ alicui identificantur realiter, ipsius reale accidens esse non poterit, vt de se patet: ergo, vel à se, vel ab alio entia. Non à se: tum, quia plures Dij essent chimerice: tum quia etiam ex genere suo substantiis etiam creatis imperfectiora à se esse non possunt. Non ab alio: quia iam creatum quid essent, non diuinum: ac proinde neque Deo inesse, siue inhære intrinsece possent. Deinde si ab alio sunt, inquiri an à Deo eiusque substantia: an ab alio extrinseco agente: si ab alio extrinseco: aliquid iam bonitatis, & entitatis ab alio Deus recipere: vnde nec Deus esset, siquidem bonorum alicuius egeret: cum tamen dicat Maltes: *Deus meus es tu, quoniam bonorum morum non eges.* Item, si ab alio extrinseco agente cuiusmodi accidentia in Deo fierent, illud agens, quoad eorum inductionem in ipsum, superior, priorque Deo foret, atque eius prouidentia Deus, quoad eam,

subderetur. Tertio libere tandem, & contingenter ea accidentia Deus reciperet, possetque proinde mutari: cum ab extrinseco agentis arbitrio eorum in Deum inductio veniret; vel si non arbitratio, & libere id ab extrinseco agente, sed necessario peragitur, saltem extrinsecum illud agens libere à Deo in sui existentia, & operatione penderet: quare & eorum etiam accidentium in Deum inductio.


4. Hinc autem, neque à Deo ipso, absque immutabilitatis diuina præiudicio, induci posse monstratur: cum enim creata illa accidentia sint, vt diximus, neque non libere à Deo fieri, qui ad nihil creatum præstandum vlla necessitate tenetur, vt ex eius independentia, & perfectione operandi ductu ipso rationis naturalis est notum. Ex hoc porro dilectum constat ex immutabilitate Dei recte concludi nulla omnino accidentia Deo inesse posse; licet nostri Vazquez, & Soarius non adeo vniuersum id cuius ex immutabilitate putent: quia non videntur accidentia quæuis, & omnia in Deo ex cogitabilia, libere tandem producta, quare, & absolute contingentia, & defectibilia esse debere. Ex eo etiam dilectum præcluditur euasiones, & instantiæ, quæ ex actibus liberis Dei peti possunt, quibus fecimus satis d. 4. q. 2. art. 2. quibus presentis vitæ status nobis permittit satisfactum controuersi, de volunt. ostendens eos actus liberos nullatenus re ipsa à Dei substantia distingui, quin identitas hæc cum ente necessario eorum obicit libertati. Quod vero ex sententia Scotica instari etiam poterat ad distincta nimirum solum ex natura rei ab essentia (cuiusmodi attributa diuina eius sententia sunt) actione opus non esse, ex eius doctrinæ confutatione à nobis data satis recitatur.

5. Secundo eadem veritas speciatim probatur: quia, cum accidentia physica educibilia essentia sua sint, ex subiecto, & potentia eius receptiua: si accidentia physica respectu Dei sint in Deo, erit necessario potentia eius receptiua illorum: ergo Deus erit ens in potentia, ac non omnino ens in actu, seu actus purus omnino, vt arguebamus cert. 2. à n. 3. vbi solutiones, quæ hic adhiberi possent confutauimus. Secundo: cum ea accidentia physica educibilia sint, erunt etiam entia: ac proinde non perfectiones simpliciter, sed secundum quid Deoque indignæ, ac proinde, quibus melius sit, non esse, quam esse.

6. Tertio probatur id ipsum. Quia Deus è suo essentiali conceptu ens summe perfectum est: ergo nulla perfectio potest ei physice accedere, vt arguebat Cyrillus 11. Thesau. *Perfecta ex se ipsis, inquit, nihil potest accedere.* Probaturque vterius. Quia, cum accidentia entia, seu entitates physice sint, ac proinde & perfectiones qualescumque, neque non alicui physice inesse, quin perfectiones etiam illi adueniant, quibusque secundum suam entitatem, & substantiam physicam careat: ergo aliquo alio à se distincto ad sue perfectionis complementum egeret: ac proinde secundum se, substantiam, entitatemque suam physice, & vere summe perfectus Deus non erat: sed indigens potius aliarum perfectionum. Dices, extensius non esse summe perfectum Deum secundum se, & substantiam suam; secus intensius, & eminenter: sicut admitti necessario catholice debet extensius naturam diuinam omnem perfectionem personalitatem non continere, sed solum intensius, & eminenter.

7. Contra tamen primo, Quia, vel ea, quæ physice Deo accedere dicuntur, è suo conceptu, & essentia imperfecta de se sunt ob sui tenuitatem, vel repugnantiam inter se, vel secus: si postremum Deo de se se physice perfectissimo physice formaliter, nec solum physice eminenter, identitari debent. Si primum, nec physice accidentaliter Deo adesse possunt; quandoquidem ex eo, quod accidentaliter instat essentia sue imperfectionem, vel tenuitatis, vel repugnantiam, nec purgant, nec minuunt, sed augent, vt patet, atque ostendimus num. 5. quare, nisi physice formaliter identice ea Deus habeat, physice accidentaliter ea habere non poterit: quare neque intensius ea habebit. Secundo omnimodo consummata perfectio physice identice claudit omnem perfectionem physice, tam intensiuam, quam extensiuam. Exemplum illud de personis, quæ solum eminenter, & intensiuè in natura

tura diuina continentur, non autem extensite, si de continentia physice identice fit sermo, non solum catholica, quoad negatiuum non est, sed fors hæretica: cum de fide fit essentiam, & personalitates realiter identificari formaliter metaphysice essentia solius esse, atque in illa formaliter bonitatem & perfectionem Dei totam contineri dogmatica illi propositioni (quod tanta sit vna persona, quanta tota Trinitas est) magis consonat, vt ostendimus controuers. de Trinit. d. 7. q. 3. vbi, & rationes metaphysicas posuimus.



QVÆSTIO III.

*Possine Deus, vt forma cum re alia, vt subiecto componere?*

**R**ATIONES, quibus q. 2. ostendimus Deum materia constare non posse, neque proprium accidens subiectum esse cum non posse, vt subiectum cum re vlla componere satis cuiuscumq; licet vultus quidam Dauid Dandinus teste S. Thom. 1. p. q. 3. art. 8. Deum rerum omnium hæreticam esse somnauerit: an vero possit cum aliquo vt forma componere non ita clare rationibus ibi datis ostenditur: quare hic appetitus monitandum videtur.

CERTAMEN I.

*Deum informare proprie, & conaturaliter rem aliam minime posse dogmaticum est.*

**O**ppositus præfixæ veritati error Democriti, & Thales Milesij fuisse dicitur ab Euseb. 14. præparat. Euang. c. 6. asserens Deum, vt rerum formam, igneæ pilæ adinstar, esse mundi animam. Etsi Cicero aliter illius sententiam referat, 1. de nat. Deor. Placo, & Pythagoras à Ludouico Vues in 4. de ciuit. Dei cap. 12. in eoque Stoicos plures fuisse commemorat Damascen. de hæresib. Epiphani. vero vt communem Stoicorum errorem refert 1. de hæresib. hæresi 1. August. 4. de ciuit. c. 11. & 12. pro eo errore recitat Virgilium, & alios, & lib. 7. c. 6. & 16. Varronem, & lib. 13. cap. 16. 17. & 18. Platonem, sicuti & Bernard. epist. 190. vbi ex Christianis hæreticis tamen, refert Abailardum. Primi autem ea in re hæretici fuisse Gnostici effluentes animarum substantias esse Dei naturam. Hos secuti sunt Præscillianæ, vt constat ex Concilio Tolet. 1. confel. fid. & Leone Papa 1. epist. ad Turibium, q. 3. alias 91. c. 5. & ex Augustino de hæresib. hæresi 6. & 70. Postremus autem hæc in re hæreticus quidam Almericus refertur sub Innoc. 3. teste Turrecremata 4. sum. c. 35. Deum, naturam omnium rerum asserens, ac prouide omnia esse vnum: quare necessario in omnibus, quæ forma constant, Deum formam esse admittendat; est naturam, non pro forma acciperet, vt vere iuxta Arist. phrasim 2. physicor. c. 1. & 5. met. c. 4. & Pauli accipiebatur. Et quidem Philosophi metaphysice fortasse sunt locuti: quatenus Deum intus rebus omnibus assistentem, ac rebus omnibus principium essendi, & operandi (sicuti forma, & anima composita, & viuens est) significarent: non autem quia eas informaret creditibile est: hæretici vero manifestè aberrant. Denique aduertere pro eo placito referri eos, qui humanitatem Verbi existentiam existerent in Christo docent, cum Thomistis Dominicans recentioribus, & qui Deum Beatis pro specie expressa etiam sui esse defendunt. Verum id licet falsum sit, vt vidimus controuers. de Incarnat. aut sine eo, quod Deus forma creata sit, præstari ab ipso posse: si-

cuti & à Dei personalitate dicitur personari, filiaque Dei humanitas Christi, quin eius sit forma.

2. Cæterum is error damnatus est à Concilio Tolentino, & Leone Papa 1. citatis locis, atque ab Innocentio 3. cap. *Dammatus* de sum. Trinit. vbi non tam hæreticus, quam insanus dicitur. Augustinus vero supra ait: *Talia dogmata fabulosissimis plena signentur.* Vt autem hæc veritas opposita rationibus Theologicis, ac Philosophicis distinctius probetur. Sciendum dupliciter excogitari posse Deum esse aliarum rerum formam informantem. Nempe, vel natura sua, & conaturaliter (sicut anima corporis forma est) vel mere voluntarie, & libere; quia, licet natura sua id Deus non exigat, aut sine eiusmodi exigentia pro libito eas valeat informare: quemadmodum, licet natura sua Deus vniri hypostatice humanitati non exigat; aut pro sua libertate vniri ipsi hypostatice posse ex mysterio Incarnationis, in qua peracta de factio Dei ad humanitatem hypostatice vno de fide creditur. Contra primum modum informanti vt minimum definitiones procedant, procedentque huius certaminis argumenta.

3. Probatur igitur primo: quia, si conaturalis forma subiecti alicuius Deus esset, natura sua illo indigeret, neque completum ens sine illo foret, sed incompletum, atque sine eo ab ipso diuerso conaturaliter statum non habens, quare & eis titulis imperfectum. Secundo quia, cum totum absolute suis partibus perfectius necessario sit, totum, quod ex Deo, vt forma, & alio quouis subiecto constaret Deo perfectius absolute esset: quare Deus perfectissimum ens non foret. Dices totum illud esse quidem Deo solo existit formaliter perfectius, (sicut de hoc composito Christus, sciendum nobis est respectu Dei) secus eminenter, & intensius: quo solum pacto Deus summe perfectus est. Solutionem impugnatu supra q. 2. cert. 3. iuxta modum, quo exemplo alio proponebatur, & explicabatur. Nunc iuxta modum, quo recitato exemplo proponitur sic impugno. Vel enim subiectum illud, cuius forma Deus est, à Deo est, vel à se ipso: si à se ipso: Deus etiam erit, ac plures erant Dij, quod implicat: vel forma illa, quæ Deus dicitur, non esse Deum contradiçorie dicitur. Ac rursus in Deo forma non continebitur eminenter intensius subiecti illius, & totius ex ipso compacti perfectio, vt solutione contenditur. A sua vero forma, seu Deo esse non potest.

4. Primo: quia non libere, ne absolute Deus suo conaturali statu carere possit. Non necessario: ne Deum necessarium ad aliquid ad extra, & creatum apponendum faciamus. Secundo: quia, vt bene S. Thom. 1. p. q. 3. art. 8. forma & efficiens subiecti sui in idem physice, & realiter recidere nequeunt: id quod inductione per omnes formas notas facta euidencia physica conitit: vnde physice etiam euidens est in nulla forma contineri eminenter & intensius posse perfectionem, & entitatem subiecti, quare neque compositi, seu totius ex vtraque resultantis. In re autem præcæta ea repugnancia metaphysice etiam monstratur: quia ideo Deus continet eminenter, & intensius perfectionem substantiæ completæ: quia ens perfectissimum est, cui debetur concedi omnis perfectio possibilis, ac non pugnat cum aliis perfectionibus, & prædicatis diuinis. Cuiusmodi hæc eminentialis continentia censetur. Atqui, nec formalis perfectio substantiæ completæ impossibilis est, nec vllam e conceptu suo dicit repugnanciam cum aliis perfectionibus, seu prædicatis diuinis vt patet: ergo formaliter in Deo debet contineri.

5. Denique probatur conclusio: quia ratio formæ, licet educibilis non sit, aut, vt bene S. Thom. supra, ratio entis partialis est, in qua necessaria ratio entis in potentia includitur: cum in potentia sit, saltem, vt compleatur, ac totum constituat: quod cum ratione entis à se, & primi, actusque purissimi omnino repugnat: ac prouide cum Deo. Exemplum illud ad Incarnationis mysterio petum nihil præstat. Etenim, licet in Christo Domino ex persona diuina, & humana natura, vera sit compositio, ex qua vnum per se, ac non per accidens refultet; aut nec diuina natura, nec persona forma in eiusmodi compositione est, adhuc arbitrarie, & obediencialiter, vt cert. 2. iam ostendimus. Vnde neque humanitatem, vt subiectum non solum educationis, sed neque compositionis

ORTEGA  
In 1. parti  
D. V. la

nis pertingit. Ex quo rursus fit, humanitatem vnitam, ac proinde totum Christum ratione illius posse à Deo fieri, atque eius perfectionem eminenter, & intensiue in solo Deo contineri. Quare ad rem exemplum non est.

**CERTAMEN II.**

*Neque arbitrariè, & obedientialiter  
Deum creati alicuius formam esse  
posse monstratur.*

1. **Q**Uæ hæc dicta à nobis sunt, satis ostendunt: Deum nullius creati formam suapte natura, siue connaturalem esse posse. Quoniam vero plura quæ suapte ingenio, & connaturaliter rebus conuenire nequeunt, absoluta, & supernaturali potentia, prouidentia, arbitrioque Dei, & obedientialiter reum potentia spectata possunt absolute eidem conuenire: ostendendum hic restat, neque hoc quidem modo, Deum rei create formam, neque hanc Dei subiectum esse posse. Id quod ex datis rationibus non ita dilucide demonstrari videtur. Quinimo ex Incarnationis mysterio oppositum videtur posse non magno labore suaderi. In primis enim, licet humanitas connaturaliter, siue suapte natura, totum, non autem pars sit, alterius, vt in supposito, siue in supposito vnibilis, ac proinde neque id in connaturali prouidentia sit possibile; tamen potentia eius obedientiali, absoluteque Dei potentia, & arbitrio inspectis, supernaturali prouidentia esse id totum possibile factio ipso mysterio comprobatur: in quo humanitas, & pars huius compositi *Christus* est, atque alteri, vt in supposito, & in supposito vnitur; & licet creature vniri suapte natura & connaturaliter Deus neque exigat, nec repositat, ac proinde neque sit connaturaliter vnibilis; tamen supernaturaliter vnibile esse mysterium idem ostendit: ergo, licet natura sua, seu naturaliter Deus forma rei create esse nequeat, supernaturaliter tamen è Dei arbitrio formam illius strictam esse non ita rati repugnabit.

2. Quinimo, si ut vniri ex voluntate libera Dei humanitati, vt totum quod *Christus* est, componat ex eodem mysterio competum est, quidnam ei deficiat, vt pars Deus sit: non facile apparet. Physice enim, & realiter totum illud essentialiter componit æque, atque humanitas, quæ pars proculdubio Christi est, qui essentia sua constat utroque. Cum tamen partis physice conceptus in compositione totius, quod ex ipsa constat, omnino consistat. Confirmatur. Quia implicat vnium per se nisi ex actu, & potentia constitutum: si ergo Deo potentiam, seu subiectum esse repugnat, forma, & actus in eo composito erit. Confirmatur vterius: quia implicat vnium constitui, nisi ex perfectibili, & perfectiuo: licet autem Deus, quia summe perfectibilis esse nequeat: aut perfectiuum rei create esse nihil prohibet; ac proinde neque rei create formam, seu actum, quæ è conceptu suo subiecti perfectiuus actus est. Ex quidem Deum Christi sibi vnitam humanitatem multifariam perficere concors Theologorum sententia est. Quamuis autem nequeat continentia eminentialis, & intensiua perfectionis materia, seu subiecti, ac proinde totius ex vtraque resultantis in parte, seu forma connaturali, subiecto esse; aut in non connaturali, sed voluntaria esse posse, idem etiam mysterium euincit: cum humanitatis, & vnionis hypostaticæ, ac proinde totius Christi, qui illis constat, perfectio eminentialiter, & intensiue in Deo vnio omnium sententia sit.

3. Cæterum, licet hæc dubiam, apparetur satis, nostram conclusionem reddant; nihilominus infirma sunt: quare vniversum tenendum est Deum; nec voluntariam creature formam esse posse, neque ei, vt subiecto, & materiae vniri, adhuc ex eius dignatione, & arbitrio. Hanc conclusionem video non satis efficaciter probari à Soario, quia forma, etiam voluntaria, vt cum materia aut subiecto de facto componat, mutari physice debet, quod Deo

repugnat. Sed enim, cum, vt de facto componat forma vnionem sui ad subiectum requiritur, deique vnio Dei ad humanitatem intima, strictissimaque; quin Deus intrinsece, sed solum extrinsece mutetur, quia ei vnio, licet adhaereat intime, non tamen inheret: idem etiam, si vniretur, vt forma ipsi euenturum dici possit: quin è præcisa vnione ad materiam animum rationalem intrinsece non mutari mihi probabilis longe semper fuit: cum eius vnio in materia iuxta recipiatur, subiectetur, & inheret: est æque, incimitate æquali, vtraque pars vicissim vnitur. Probat secundo, quia forma substantialis constituit rei essentiam, implicat autem creatam, & defectibilem essentiam increato, & indefectibili constitui. Sed, cum totum in essendo debiliore, & imperfectiori absolute censendum sit, nescio quid sit in eo absurdum. Ecce nos, animus immortalis, & spiritalis corporales nos mortales ac defectibiles constituit.

4. Conclusio ergo probanda est ex imperfectionibus, quas ratio partis essentialiter includit. Primo enim omnium consenti pars essentia sua perfectibilis per aliam partem, atque incompletum quid esse debet, enique proinde in potentia. Hæc autem omnia Deo essentia, & entitate sua nuda, ac sola perfectissimo, seu summe perfecto completo repugnant: ac proinde, neque ex suo arbitrio, & dignatione, nec solum natura sua, pars Deus esse poterit: ergo nec poterit vnquam rei cuiuspiam esse forma: cum forma necessario essentia, & entitate sua pars sit. Totum discursum confirmat Augustinus de Christi compositione agens 3. contra Maximin. c. 10. his verbis: *Christus vna persona est gemine substantia, nec tamen Deus pars huius persona dici potest; alioqui filius Dei antequam acciperet formam serui non erat totum.* Quibus verbis non solum rationem nostram confirmat, sed & rationes, quibus conclusio nostra veritas ex Incarnationis mysterio videbatur quassari, retundit. Scio Iustinianum Imperatorem suæ fidei edicto, & Deum, & humanitatem in Christo partes vocasse. Cum; inquit, *compositionem dicamus, necesse est, & partes in toto esse constitiri, & totum in partibus cognosci.* Et Nicetam or. 42. Nazian. 2. in Palcha 5. *proinde agnus appellasse diuinitatem, partem, quæ humanitas vnita est.* Sed verque tamen partis nomen laxè, nec rigore philosophico vsurpauit, sed solum pro componente, vt eumque, quod longe est diuersum, vt ex iam dicendis ad rationes oppositas constabit.

5. Item, vt controuersi de Incarnat. ostendimus Deus in Christo pars non est, licet Christus vnium quid sit, atque strictè compositum: sed sola humanitas in ea compositione pars est. Huius rationem dedimus proxime: quia de ratione partis est esse ab alio media vnione, & coniunctione perfectibilem: quare, si alterum compositionis extremum ab altero perfectibile non sit (vt Deus non est) neque pars strictè erit. Cum autem humanitas à Verbo Deo perfectibilis sit, & perficiatur in Christo, pars in illo proculdubio erit: Deique illi vnus eius perfectiuus, & actus erit, quod entis summe perfectio, & in actu non repugnat, facillimeque est, vt ex utroque vnium per se, & proprie, ac strictè compositum per se sit: cum eius actus ens in actu perfectissimum sit. Quid autem ratio perfectibilitatis seu partis, essentialiter claudat dilucide à nobis explicatum est disp. præm. controuersi. de Deo, & Trino, & Incarnat. q. 2. art. 5. à n. 3. scilicet independentiam in sui existentia ab vnione ad aliud suæ actuali, siue possibili, quam non dicit humanitas Christi: quia licet natura, & exigentia sua, neque ab actuali, neque à possibili vnione ad aliud pendeat, ac proinde natura sua totum esse deberet; aut eius existentia dependeret ab vnione ad aliud dati à Deo potest, sique dara humanitati Christi est, vt Patres, & Concilia ibi citata nos doceant, dum aiunt Verbo Deo eam inexistere, atque ab eo spectari dependere, ac sustentari: quare & pars in eo est: in quo non est pars Deus, neque esse potest: quia neque in sui existentia ab vnione ad humanitatem, aliudve creatum dependere; & quare nec totius rationem adhuc ex suo arbitrio, & dignatione amittere: quo opposita omnia prius euacuantur.

QVÆSTIO IV.

De Dei aternitate.

**D**OSTREMVM ex attributis Dei negatiuis definitione à nobis numeratum est Dei aternitas: quod nihil differt ab immortalitate: est enim omni-  
moda negatio finis in duracione, tam à parte ante, quam à parte post, siue indefectibilitas Dei in sua entitate & existentia tam de præterito, quam de futuro.

CERTAMEN I.

Dei aternitas de fide est, recteque ab Boetio definitur.

**D**EI aternitatem videtur negasse Aureolus apud Capreolum in 1. d. 9. art. 2. argum. loci 4. asserens duracionem omnem necessario successiuam esse, ac proinde in Deo nullam esse duracionem. Sed tamen ex his solum inferitur Aureolum in Dei aternitate, si curti, & successione, ita & rationem duracionis negasse, secus Deo aternitatem, quam apud eundem ibidem argum. 1. quinti ordinis admittit expresse, atque ab attributo immutabilitatis metaphysice differre docet. Nihil ergo contra dogma catholicum de Dei aternitate in subtilissimi Cardinalis doctrina suspicari licebit. Dei autem aternitas (quidquid est sit de quo statim) de fide est. Ad Roman. 6. *Secundum præceptum æterni Dei.* Prouerb. 8. *Ab æterno ordinata sum.* Eccel. 18. *Qui viuunt in æternum.* Licet enim his sola æternitas à parte post, vel à parte ante significari videatur, dum ab æterno, vel in æternum esse, ac viuere dicitur Deus: aut dum verba sum, & viuunt de præterito adhibentur, æternitas Dei significatur, in qua sola præterita, & futura duratio præteriti coniungitur, vt mox dicemus. Eadem etiam veritas illis Danielis: *antiquus dierum,* quæ de Deo dicitur continetur. Diebus enim antiqui plures singulorum autem antiquus solus Deus est, cuius duratio, seu æternitas dierum antiquissima dies, omnes dies, & omnes duraciones præcedens, cunctisque, sine sui successione, succedens, vt Dionys. de diuin. nom. c. 10. ac Patres frequententer loquuntur.

2. Denique id ipsum expresse continetur Isai. 41. vbi habetur: *Deus sempiternus Dominus.* Licet autem Richard. Victorin. 2. de Trinit. sempiternum, non idem quod æternum significare velit, & id quidem ex August. q. 19. ex octoginta tribus: quia æternitas, seu æternum præter negationem initij, & finis permanendi dicat immutabilitatem; verius tamen est idem vt utrumque significare, vt ex nomine ipso ostendit Isidor. 7. etymolog. c. 1. Idem enim est sempiternum, ac semper æternus: quo sane Dei æternitas, quæ tota simul, ac semper est, amplius explicatur per ordinem ad extrinsecam omnem creatam duracionem possibilem: in eandem veritatem de Dei aternitate Patres in id Exodi: *Ego sum, qui sum, & qui est miste me ad vos.* vniuersimode conspiciant, ac passim locis hic recitatis, definitaque ab Innocentio III. c. *Dammamus* de Summa Trinit. Est autem hic aduertendum aternitatem, & æternum, quæ de Deo dicuntur in scripturis, Patribus, & Theologis omnibus, atque ab Innocentio citato loco definiuntur, propriissime, atque strictissime vsurpari. Laxius enim tam creata plura, quæ permanentia suæque duracionis finem non habebunt æterna vocantur, vt Angelij, rationales animi, gloria, & damnatorum pænæ: licet æterna absolute & simpliciter non sint, cum à parte ante suæ existentia, & duracionis initium habuerint. Quin, & ea, quæ tempore incipiunt, temporeque longissimo permanent, nec nisi indeterminato, vel etiam determinato, distantissimo tamen, desinent, æterna etiam dicuntur; non solum vulgo, sed & frequentè scripturæ phrasi,

vt obseruarunt Dionys. supra August. q. 31. in Genes. & 43. in Exod. Gregor. 16. Moral. cap. 121. sed hæc laxius, & improprie æterna dicuntur, nec sunt eiusdem rationis cum æterno, seu aternitate propriissimis, quæ hic dicuntur, atque statuuntur de Deo.

3. Hanc autem Dei aternitatem, quæ sola strictè dicta æternitas est, vt iam aperit ostendam exactissime definiuit Boetius 5. de consolat. profa 6. cunctis Philosophis, & Theologis consentientibus his verbis: *Interminabilis vita tota simul, ac perfecta possessio.* Per primas particulas exprimitur esse duracionem in esse, ac vita, quæ sine, & principio durandi caret. Per illa vero: *tota simul* in ea duracione, nec partes vllas, nec successione esse, imo nec dari posse explicatur. Quare, sicut per primas ab omni finita duracione, per secundas ab omni duracione successiuâ secernitur, quæ tota simul esse non potest. Inde vero inter Dei aternitatem, & duraciones omnes creatas, etiam si æterna, sine potius ex æternitate, ac per aternitatem esse ex eis aliqua possit, discrimen aliud suboritur, satis à Patribus notatum. Quod scilicet in his heri, & cras, ac proinde, & præteritum, & futurum habeant locum; secus in Dei aternitate, quæ, cum simul tota sit, tota semper est præsens, ac proinde hodie perpetuum est. Quæ de re doctè Plato in Timæo. *Erat, & erit, quæ nostri temporis species sunt, non rectè æterna substantia assignamus.* Dicimus enim de illa est, & erat, & erit; sed re vera solum esse competit. Videantur Dionys. c. 5. & 10. de diuin. nom. August. 12. de ciuit. c. 15. com. 2. in Psal. 101. ad id: *In generationem, & generationem.* Et in Psal. 2. in id: *Ego hodie genui te.* 1. Confess. c. 6. & 5. de Trinit. c. 1. & 2. de vera & falsa relig. c. 49. & q. 19. ex 83. Nazian. orat. 42. 2. in Pasch. Euseb. 11. de præparat. c. 7. Greg. 16. Moral. c. 21. Bernar. serm. 80. in Cantica, tamque huiusmodi Patres reliqui vbiuis verba Psalmi secundum, & Exodi recitata exponunt.

4. Verbo autem illo *perfecta* multum emphasis, & mysterij contineri Soarius contendit, vt iam refertur. Ego vero id solum ea particula explicari reor: nimirum, possessionem illam interminabilis vitæ, ac totam simul in Deo actualement, imo actualissimam esse: cui nimirum proinde nihil potentialitatis ad vllam sui actualitatem pro signo, adhuc metaphysice, posteriori habendam competat; sed ea sit, cui è conceptu suo actualitas durandi summa conueniat, nec sola possibilitate, potentia, iure aut possessionis actualis radice consistat. Soarius vero d. 50. metaph. sect. 3. n. 6. *perfecta* voce significari contendit quod non solum in esse Dei, sed in omnibus eius actibus, operationibus, perfectionibusque intrinsicis tota simul, ac sine successione sit duratio, vt docet S. Thom. 1. p. q. 10. art. 5. Verum, licet ita in Dei aternitate res habeat, non tamen ea particula explicatur, neque explicari oportuit in definitione. Cum enim physice, & realiter omnia in Deo idem omnino sint, cum eius esse, & vita: neque reliqua esse aliud, aut existentiam, adhuc metaphysice, habeant, quam essentia, qua identitatis physica iure, & sunt, & existunt adiectiue metaphysicè, vt de proprietatibus personalibus ostendebamus controuersi, de Trinit. d. 7. q. 1. per totam. Eo ipso quod de diuino esse actualis, & perfecta possessio interminabilis dicitur, de attributis, actibusque internis diuinis omnibus, quatenus sunt, sufficiens dicitur: ac præterea actualis possessio attributorum ad aliam lineam, quam duracionis formaliter spectat nec est in aternitate memoranda.

5. Maiori hic labore, quam fructu, ab scholasticis disputatur, an aternitatis essentia, & nomen reale solummodo contineat, aut significet: an aliquid etiam rationis: quidam sola formalitate reali obiectum aternitatis, & ipsius nominis coeterni contendunt. Alij vero aliquid etiam rationem mensuræ duracionis, siue actiue ipsius esse Dei, vel rerum etiam omnium creatarum, siue passiuæ, in quo mensuræ ratio, quæ rationis relatio est, necessario includitur. Sed tamen licet actualis commentatio rationis nostræ opus sit; aptitudinalis, quæ in rebus ipsis est, rationis opus, & relatio non est, sed mensuræ, ac mensurati intrinsicè realis magnitudo, siue discreta, siue continua extensiuè in ordine ad spatium locale, vel duracionis. Insuper neque actiua mensura duracionis diuini esse

ORTEGA  
IN A. PARI  
D. VIA

esse potest esse aeternitas, quae ipsa duratio esse diuini est: quare, nisi sui ipsius mensura sit (quod implicat) durationis diuini esse nequit esse mensura. Sed neque ipsius diuini esse est mensura, sed forma. Nec magis potest esse mensura aliarum durationum creaturarum: quia omnes infinitè excedit, ac nulli potest aptari, nisi forte in eo sensu, quo Aristoteles mensurarum species enumerans 10. metaph. c. 2. & 3. Primum in vnoquoque genere reliquorum generis eiusdem mensurarum esse dixit. Hoc autem mensurae genus respectu creatorum diuinis omnibus commune est. Tandem mensura passiva nequit esse aeternitatis ratio, & essentia. Ex dictis enim satis constat eius mensuram actiuam, neque in Deo, neque in creaturis posse reperiri.

6. Licet autem certa haec sint, ac proinde de aeternitatis, etiam eo nomine significatae, conceptu rationem mensurae siue actiuae, siue passivae non esse, neque ex ea parte relationem rationis includere (id quod fuisse ostendunt Gabr. in 2. d. 2. q. 1. art. 3. dub. 1. circa med. Okam. q. 13. sub init. Durand. in 1. d. 19. q. 2. art. 1. Vazq. 1. p. d. 3. c. 6. Soar. d. 50. mer. sect. 4. n. 3.) Vazq. tamen ibi, §. *Tertia pars nostrae opinionis*. Aliter in aeternitate, vt eo nomine significatae, aliquid rationis includit nimirum negationem mensurae, quae rationis quidem est, cum mensura actualis, cuius negatio est, sit rationis nostrae opus. Sed in primis negatio mensurae, quae in aeternitate est, posteriorius quid est interminabilitate, seu negatione initii, & finis durationis Dei, quae nomine aeternitatis, ac definitione eius à Boetio datae ea particula *interminabilis* significatur: quare neque aeternitatis nomine ea mensura negatio significatur; sed solum infinitas durationis illius, ad quam negatio mensurae metaphysicè conuenit. Secundo negatio mensurae, nescio quo pacto rationis sit: ex eo enim, quod relatio mensurae rationis sit, non rectè inferatur eius negationem rationis esse debere, nisi quatenus à nobis concipitur: nam reuera, quicquid reale est negatio entis cuiusvis rationis est. Quod autem, vt à nobis concipitur in Deo negatio illius entis rationis, quod in mensura actuali est, ens rationis sit, id quidem ex parte modi cognoscendi, non autem ex parte rei obiectae tenet: sicque negatio principij, & finis, quae aeternitate significatur, ens rationis dici debet: quia, cum reuera positua aeternitatis entitas sit, tamen, vt negatiua à nobis concipitur, & significatur; & tamen nihil rationis in eo includi fateatur. Vazq. ibidem: quia id totum non ex parte rei obiectae, sed ex parte solum nostri modi concipiendi se tenet.

7. Verius igitur est in aeternitate, etiam vt eo nomine significatae, nihil rationis ex parte obiecti includi, vt docent S. Thom. 1. p. q. 10. art. 1. Erst enim dicat consistere in apprehensione vniformitatis eius, quod est extra motum, seu successione, non quidem apprehensionem ad aeternitatis essentiam, & rem ex parte obiecti apprehensam spectare voluit, sed solum eius obiectum. Consensit Caietan. ibi in reali illa vniformitate essentiae diuinae, seu diuini esse essentiam aeternitatis, hoc etiam nomine significatae, totum obiectum illius conceptum constituens: qui quidem ille ipse est, quem definitione Boetij explicuimus. Nec plura de mente Caietani indaganda, de qua multa alij superflue. Est etiam sententia Scoti quodlibet. 6. & Soar. d. 50. mer. sect. 4. n. 12. quare rectè negatione essentiali successione, & termini vtriusque explicata illis verbis: *Interminabilis, ac totum simul*, à nobis concipitur aeternitas, & explicatur. Quid autem positum illud, quod eis negationibus à nobis concipitur tandem sit, inquitur solet: sed inquitur quod nequit explicari, nisi ad negationes recurratur, quibus nobis innotescit, quid sit totam suam durationem infinitam Deum simul, atque indiuisibiliter habere: conare autem, quid sit totum simul durationis atque infinitudinem hanc sine negationibus praefatis explicare, & usquam aliter poteris.

8. Naturalibus rationibus ita explicata aeternitas Dei demonstrari facile potest. Primo quidem ex praedicto entis à se, ex quo reliqua Dei attributa, eorumque infinitas demonstrantur. Etenim, quod à se est, non solum esse ab alio nequit recipere, sed neque durare: ergo quemadmodum ex hoc praedicto esse illimitatum, reliquaque attributa, & praedicta debet necessario habere, ita etiam

necessario, & durare illimitatum debet habere: imò & totam sui esse durationem habere simul, ac siue successione vlla necessario debet. Cum enim à se sit, atque omnia habeat, tempus, seu durationis successione, vt aliquid habeat durationis expectare nequit: ac proinde, vbi primum est, totam sui esse durationem intrinsecam necessario habebit. Confirmatur, ac declaratur ratio: quia nil amplius habere potest vnde durare postea euincatur: quam habet vbi primum est: ergo vbi primum est, totam habet durationem intrinsecam infinitam & simul. Secundo demonstratur ex praedicto immutabilitatis Dei, si enim duratio intrinsecam Dei, atque diuini esse successione haberet, nec esset tota simul, & infinita, mutari intrinsecè Deus posset. Tertio probatur ex infinitate, quam è conceptu suo etiam metaphysico quoduis praedictum diuinum habet, in qua clauditur successione, & finitatis negatio in duratione diuina, vt patet. Si vel enim finita, vel non tota simul, duratio diuina foret in suo conceptu non clauderet infinitatem. Quarto demum ex physica Dei vnitatem, ac simplicitate summam, quae talis non esset, si intrinsecè eius duratio diuisibilis, ac finita foret. Item successione, & finitatem cum esse Dei infinito, ac non successione identificari realiter nequit.

## CERTAMEN II.

*Aeternitas propria Dei est, atque speciale eius attributum.*

1. **C**onclusio, quam praefixus continet titulus ea est. Aeternitatem propriam Dei esse, ita vt creatam, seu creaturam aeternitatem propriam dari repugnet. Est autem conclusio haec valde diuersa ab ea, quod scilicet Dei aeternitate creatura aeternari nequeat: sicuti neque vllius alterius praedicti diuini effectum formalem vniuersalis realis beneficio participare: vt vniuersim d. 3. q. vlt. sine docuimus, ostendimusque controuers. de Incarnat. In hac autem conclusione solum assertum nullam durationem creatam aeternitatem strictam esse posse: ac proinde aeternitatem proprie, & rigide dictam solum Dei propriam esse, nec posse durationi alteri à diuina conuenire. Hoc tanquam dogma tradit Fulgent. de fide ad Petr. cap. 6. his verbis: *Firmissime tene, & nullatenus dubites: solum Deum aeternum, & incommunicabilem* (creaturis, quae aeternum) esse id quod docet Platō Pl. 101. illis verbis. *Ipsi peribunt, & tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* Scilicet de possibili: quare inde Paulus ad Hebraeos 1. *Filius diuinitatem probat, quia ita durat.* Lessius noster: quia duratio creaturae ab aeterno pugnat cum praedicto creaturae de cuius ratione est initium habere: quam rationem recitat ex Augustino 12. de ciuit. c. 15. Fulgent. de fide ad Petr. c. 3. Ambros. 6. exhame c. 1. Basil. 2. contra Eunom. vbi eo probat Filium Dei creaturam non esse, quia aeternus est: atque eundem amentia sit creaturae aeternitatem, siue ab aeterno durationem concedere, atque Deo illam negare: & ex Damasc. 1. de fide c. 8. Vnde Graeci Patres communiter, & August. 7. contra Felician. creationem productionem rei ex non esse ad esse definiant. Si autem non esse creaturae ad sui esse necessario praecedat, aeternitate praecedat: ac proinde nominis in tempore, potest incipere creatura. Vt autem breuiter in testimonio Patrum nihil esse momenti pro hac opinione ostendamus vno verbo eos de non esse, non de facto, sed de possibili assertimo locutos: cum enim creata omnia contingentia sint, eorum esse, è sui non esse apta nata sunt procedere, atque eorum esse, sui non esse succedere: quare & successione, seu esse ad sui negationem, & negationis ad suum esse, si, vt potest, deficiat, possunt admittere. Secundo citati Patres aliquid de creaturis, vt de facto existere, loquuntur, ac de creatione, quae de facto fuit.

2. Haec tamen omnia nec fati firma sunt, neque ad conclusionem nostram necessaria: non quidem firma factis: quia licet creatura ens ab alio, ac non esse essentia sua sit: quare, & initium sui esse necessario ordine causa-

liratis supponat; non tamen ordine durationis: ergo recte poterit esse ens ab alio, & creatura, licet sit ex æternitate. Et confirmatur: quia negari nequit, quin Deus ab æterno æque expediam suam potentiam creaturam Michaelis habuerit, atque habuit in tempore, quo illum produxit: ergo, nisi in essentia Michaelis passiva increa- bilitas ab æterno ostendatur (quæ ut dixi ex prædicato ef- fendi ab alia causatiue nusquam ostenditur) ab æterno, & ex æternitate potuit æque, atque in tempore produci. Probatur vterius: quia creaturæ essentia sua defectibili (ve pote ex libera Dei voluntate permanere) non repu- gnat in æternum permanere: ergo neque ab æterno per- durare: dummodo id à libera Dei voluntate fortiat: quod si in rebus essentia sua successivis, vt in nonnullis motibus duratio ab æterno esse non possit: at in perma- nentibus rebus duratio ab æterno non ita videtur repugna- re. Sed de hoc in physicis fufius. Quare fufiori hic di- fputatione, accuratiorque examine abftinebo: maxime cum è possibilitate, vel repugnantia durationis creaturæ ex æternitate, veritas primæ huius certiffimæ conclusionis maxime pendeat.

3. Admissa ergo possibilitate infinitæ creatæ duratio- nis tam à parte ante, quam à parte post, ac proinde, quæ ex æternitate, & per æternitatem fit: Nihilominus æter- nitas proprie non erit. Etenim tota simul exercite non erit essentia sua, est potentia, & aptitudine tota simul fit, vt de permanentium duratione, maxime de substantiarum fpiritalium æquo plures æftimant, qui durationem (eam- ptim præcipue) à te durante realiter differre inciantur; vt actu, & exercite tota simul æternitate non est. Dei autem æternitas essentia, & conceptu suo indiuisibili, vt di- ximus, actu, & exercite tota simul est, quin aiunde esse non possit, omnique durationis imaginariæ, & vltiori- etiam fpatio, & interuallo, quantum ex se est, nequit non coexistere, licet ex parte alterius extremi possit co- exiftentia deficere: sicut de coexiftentia Dei per immen- sitatem suam fpatio imaginario toti, & vltra fuperius di- cebamus. Licet autem in ea opinione de duratione, quæ æquum est, & tota simul dicitur, atque à substantia fpiri- tuali phyfice indiuisincta (de cuius veritate examen ad con- trovertentias phyficas remittimus, vbi plura pro illo produ- ximus) de se apta etiam per illam fit substantia perma- nens fpiritalis vt toti fpatio imaginario coexistat per æternitatem, atque fit ita produceretur, etiam ex æterni- tate: de te tamen non est determinata, vt ita coexistat: cum de se & essentia sua non exiſtat, sed contingens fit, atque indifferens vt exiſtat, vel non exiſtat: ac proinde de se indifferens, vt toti illo fpatio, imo & cuius eius parti, & momento exiſtat, ac de factò durationi rea- li, quæ de factò est, fuit, vel erit, rebulque, quæ pro illa exiſtit, coexistat, sicut necellario per suæ æternitatis indiuisibilitatem durationem coexistit, & coextenditur vnde- quaque Deus.

4. Atque inde satis constat apertum inter æternitatem Dei, atque possibilem creatam durationem per æterni- tatem totam difcrimen: indeque & difcrimina alia inter hæc eadem fuboriuntur. Sicut enim dicebamus de im- mutabilitate, inde etiam æternitas Dei principium obiecti- uum, & exemplar omnis creatæ durationis, etiam quæ per totam æternitatem eſſet, cuiusque fundamentum, & vt diximus cert. 1. primi generis meſſura. Recte enim ac profunde aiebat Dionys. 5. de diuin. nom. *Iſte Deus eſt principium, & meſſura æternum. & temporum entitas, & entium æquum.* Et rursus: *iſſum æquum, & omnia quæ ſunt, & meſſura æternum, & quæ ſub meſſuras cadunt per iſſum, & ab iſſo ſunt, & cap. 10. Iſte eſt omnium æquum, & tem- pus, ante dies, ante æquum, ante tempus.* Denique audien- das pro his aliisque æternitatis Dei à creatæ duratione difcrimatis, Auguſt. 1. conſeſ. cap. 6. *Summus (inquit) enim eſt, & non mutari: neque peragitur in te hodiernus dies, & tamen peragitur, quia in te ſunt, & iſta omnia. Non enim habent vias tranſeundi niſi contineres ea, & quo- niam anni tui nra. deficient, anni tui hodiernus dies, Et quam multi iam dies noſtri, & Patrum noſtrorum per hodiernum tuum tranſierunt; & ex illo acceperunt modos, & vterumque exiſterunt, & tranſiunt adhuc alij, & vter- umque exiſtent. Tu autem idem iſte eſ, & omnia craſti- na, atque vltra, omniaque huiſterna, & vterumque hodie factiſi. Quid ad me, ſi quis non intelligat: gaudeat, Chriſtop. de Orreaga, de Deo Vno, Tomus 1.*

*& iſte dicens: quid eſt hoc? gaudeat etiam ſes, & amet, non inueniendo inuenire potius te, quam inueniendo non inuenire te.*

CERTAMEN III.

*Æternitas ſpeciale Dei attributum ab aliis diuerſum oſtenditur.*

1. **D**Ei æternitatem ſpeciale Dei attributum non eſſe duplici ex capite probari poſſe videtur. Primo: quia omnia diuina attributa videtur tranſcendere. Aque enim Sapientia, Omnipotentia, amor, immenſitas, atque infinitas æterna eſt, atque Dei eſſentia, ſeu Deus infinitus eſt: vnde vel plura æternitatis attributa in Deo admit- tenda ſunt, quod implicat: ſiquidem eiſdem generis, ſeu nationis vnicum ſolum attributum, & prædicatum di- uinum admitti in Deo poteſt, quodque omnem illius ge- neris rationem è conceptu ſuo indiuisibili in ſe claudit: cum infinito ſit abſolute, & ſimpliciter per denegatio- nem termini etiam extrinſeci, vt dicit. 3. certam. vlt. oſten- debamus; vel dicendum eſt vnica æternitatem, omnia Dei attributa tranſcendere: neque enim alius modus ſu- perelle huic rei componende videtur. Quare æternitas, ſeu eſſe æternum ſpeciale Dei attributum non erit à reli- quis diuerſum.

2. Alio etiam ex capite ſpeciale Dei attributum æter- nitas videtur non eſſe. Quia, nimirum confunditur cum Dei immutabilitate, parſue illius eſt. Etenim in duratio- ne intrinſeca non mutari Deum, ad immutabilitatem Dei ſpectat: id autem iſſum eſt durationem Dei totam ſi- mul, atque infinitam, ſeu interminabilem vtrique eſſe, quæ eſt æternitatis eſſentia, & definitio. Secundo Dei im- mutabilitas etiam claudit immutabilitatem de non eſſe ad eſſe. Tertio æternitas immutabilitatem, ſeu impoſſi- bilitatem motus intrinſeci, ſeu ad intrinſecum quoduis includit. Hinc Auguſt. q. 19. ex octoginta tribus aiebat: *Licet omne æternum ſit immortale, non tamen omne im- mortale ſatis ſubtiliter æternum dicit: quia, eſt ſemper aliquid viuat, tamen ſi mutabilitatem patitur non pro- prie æternum appellatur.* De natur. boni, c. 39. *Ille eſt autem vera æternitas, quæ vera immortalitas. Hoc eſt, illa ſumma incommutabilitas, quam ſolus Deus ha- bet.*

3. Sibi vbiſque ſimilis Auguſt. ita in eandem ſenten- tiam ſcribit 12. de Ciuit. c. 15. *Tempus autem, quoniam mutabilitate tranſcurrit, æternitati immutabili non po- teſt eſſe coæternum. Ac per hoc, etiam ſi immortalitas Angelorum non tranſiit in tempore, nec præterita eſt, quaſi iam non ſit, nec futura, quaſi nondum ſit; tamen eorum motus, quibus tempora peraguntur, ex præterito in futu- rum tranſeunt, & ideo creatori coæterni eſſe non poſ- ſunt.* Quibus verbis tertiam à nobis adhibitam proba- tionem expreſſit. Eidem ſententiæ fauet Tertul. c. 39. aduerſ. Hermogenem, vbi *Leges æternitatis eſſe, aut vs di- ſperſionem, & admutationem pati non poſſit.* Nec fauet minus Iſidorus 7. etymolog. c. 1. alijque Patres conſo- nē loquuntur ſæpe: quare opinio æternitatem Dei cum eius immutabilitate confundens, vel Parum eſ- ſe, vel in eis non parum fundamenti videtur ha- bere.

4. Nihilominus æternitatem diuerſum ab aliis om- nibus Dei attributis eſſe (præterim ab immutabilitate, de quo in terminis ſcholæſtici Doctores diſputarunt) concors Theologorum ſententia eſt: ita S. Thomas 1. p. q. 10. art. 2. cum ſuis interpretibus id diſputantibus; ibi Caiet. art. 1. Aureol. apud Capreol. in 1. d. 9. q. vii. argum. 5. primi ord. Vazq. d. 31. c. 1. Suarez diſp. 50. me- taph. ſect. 5. nu. 16. Et quidem argumenta de æterni- tatis tranſcendentia nihil probant. Licet enim æterna omnia attributa ſint, vna æternitate, tam ipla, quam eſſentia Dei eſſe poſſunt, quin hæc illa tranſcendant: ſicuti vnica ſolum exiſtentia ea omnia exiſtunt, actiueque & exercite ſunt omnium ſententia, phyſicè loquendo:

ORTEGA  
In a part  
D Via

Metaphysicè vero etiam in principiis nostris datis controuersi. de Trinit. d.7. q. 1. ubi non attributa solum, sed personalitates diuinas, in suo conceptu esse seu entis substantiui metaphysici rationem non imbibere, sed solum entia realia adiectiua metaphysica esse, quaque iure identitatis cum essentia eius entitate entia sint, cuiusque existentia existant ostendimus. Hinc autem, cum duratio sit persistens in esse facile apparet, non aliter attributa quam esse diuini, seu essentia aternitate perpetuo durare, quod non est in ipsis formaliter imbibi, ut ad transcendentiam eius oportebat, sed ab ea attributa tanquam à forma aeterna denonari.

5. Quod autem ab immutabilitatis attributo diuersum attributum aternitas sit (de quo solum scholastici dubitarunt) facile suadet. Quia, siue posituum utriusque attendatur, siue negatiuum, quo utramque concipimus, & explicamus diuersa in utraque sunt. Immutabilis enim, ut bene Vazquez noster, essendi plenitudinem, & omnium sibi possibilitium identitatem realem cum esse, cui nihil deum ideo possit accedere importat; aternitas vero in eodem esse pleno persistens & durationem simul totam, qua omni spatio reali durationis coexistit, atque ultra imaginariam durationem, quantum de se est, actu replet. Quae, & in se, & in ordine ad extrinsecam, quo illud concipimus diuersa valde ex parte obiecti metaphysicè sunt. Negatiua vero utriusque, quibus utramque explicamus, valde etiam diuersa sunt; aternitatis enim est negatio termini, & successione in durando; immutabilitatis vero negatio, seu incapacitas mutationis cuiusuis: quae ut patet valde diuersa sunt: ac proinde, siue positium, siue negatiuum utriusque attributi consideres diuersa metaphysicè esse comperies.

6. Sic autem attributa hæc inter se comparantur: ut immutabilitas amplius quoddam attributum sit, & ex quo tanquam ex principio metaphysico aternitas Dei demonstratur. Illud quippe omnem mutationem inuictisim Deo repugnare dicit, ac proinde & à Deo necessario excludit, ablegatque longissime: ex quo necessario deducitur neque in duratione intrinseca successione, aut initium, vel finem esse posse: quam negationem in duratione aternitas dicit; eam tamen in ea materia immutabilitas non dicebat. Sic etiam in scientia, in potentia, & aliis attributis negationem mutationis, immutabilitas infert; quam tamen in eis materiis eo conceptu præciso non tangit. Id solum argumenta probant: nimirum utriusque huius attributi metaphysicam, non identitatem, sed connexionem: ob quam Patres non multum de metaphysicis formalitatibus curantes quandoque confuderunt. Denique immutabilitas in actibus, quam Patres ad aternitatem requirunt, sine essentia aternitatis posset saluari, si ij omnes duratione successiua ex aternitate, & per aternitatem durarent, ut de duratione, seu xuo Angelorum per aternitatem censetur sancti. Bonauentura.



## QVÆSTIO V.

### De Vnitae Dei.

**D**E diuina vnitae duplici sensu potest disputari. Primo, prout entis attributum est, atque à nobis explicatur pro indiuiso in se, & diuiso à quolibet alio. Secundo pro vnitae singularitatis physice, & metaphysice, ex qua vnus solus Deus esse debeat: ita ut plures esse Deos physice, ac metaphysice repugnet ab hoc numero Deo numerice diuersos: quia de essentia Dei, seu Deitatis sit singularis vnitae, vel formaliter, vel radicaliter, ac proinde implicet prædicatum specificum Dei, seu Deitatis, non chimericum, assignari. Vtroque autem sensu de Dei vnitae agendum hic erit cum vtroque modo negatione à nobis Dei vnitae explicetur.

## CERTAMEN I.

### Maxima, entis pedisequa, vnitae in Deo astruitur.

**V**Num metaphysica vnitae, quae entis prædicatum necessariò metaphysicè consequitur, ac proinde passio metaphysica entis appellatur esse Deum negari minime potest: imò à nullo hæcenus est negatum. Ij enim, qui inter communia, & personalia, vel inter essentiam, & attributa distinctionem ante intellectus operationem, vel formalem actuaalem, & ex natura rei, vel virtuaalem admittunt, in id absurdum à nobis coguntur, ut Dei vnitatem negent: ipsi vero illud vitare variis, necio an solidis, eufoniis contendunt: contra Gilbertum, & Alfeldas, qui inter communia, & personalia vnitatem (de qua hic ex infinito non agimus) negant, pugnamus satis controuersi, de Trinit. Adeo constans rationi est hæc Dei vnitae, ut Melissus, Philosophique sapientiores Deum vnitatem ipsam, vel ipsum vnum appellarint apud Eugubinum 3. de peren. philos. c.7. Probaturque facile: quia est ens non diuisum, & plura: ergo vnum. Consequens est certa: quia licet ens non simplex, seu compositum vnum esse possit; aut ens simplex nequit non vnum esse: pluralitas enim distinctionem importat totalem, ac mutam eorum, quae plura sunt: cui magis opponitur simplicitas, quam compositio: cum hæc partialem distinctionem mutam eorum, quibus constat, importet, quae necessaria ad compositionem est: simplicitas autem non solum totali distinctioni, sed & huic partiali ad compositionem necessariæ essentia sua repugnat: vnde maximam summamque omnium vnitatem Dei esse statim ostendimus. Sed tamen aduertendum hic est agi nunc de vnitae essentia, & communium Trinitatis, seu vnitae, & identitatis atque indistinctione personarum in essentia. Si qua vero ex personali distinctione personarum diuinarum inter se contra hanc conclusionem difficultas suboritur, maxime contra secundam militat conclusio-

2. Ea vero secunda conclusio certaminis titulo contenta est: vnitatem Dei præfatam maximam summamque è possibilibus esse, est communis Theologorum cum S. Thoma. 1. p. q. 11. art. 4. ubi eius interpretes Vazq. in comment. Socr. 1. de essent. & attribut. c. 6. Est autem adeo constans veritas conclusionis, ut citatis Philosophis fuerit perspicua: id enim significabant, cum dicebant: *Deum ipsum vnum, sine vnitatem ipsam esse*. Sic enim summum, aut excellentissimum in quouis genere v.g. Sanctitatis, sapientiae &c. abstracto illius generis explicare solemus, concreto nomine non contenti. Scilicet cum non sanctum, aut sapientem, sed ipsam sanctitatem, & sapientiam compellantes. Rationem autem dedimus num. 1. Ex S. Thom. ex eoque Theologi reliqui dedere è summa Dei simplicitate. Inde enim fit summe opponi diuisioni, & multitudini Deum: cum autem vnitae in oppositione diuisioni entis in se, & multitudini, seu pluralitati consistat, vel in eo, quod per eam à nobis intelligitur, atque explicatur, aperte fit ea summa oppositione summam vnitatem consistere, vel necessariò à nobis explicari. Confirmatur ex his, quae pro diuina simplicitate superius adduximus, ut omnem à Deo compositionem, siue substantialem, siue accidentalem relegaremus.

3. Oppones tamen contra hanc conclusionem ex mysterio Trinitatis personarum. Vnitae opponitur essentia sua diuisioni, & pluralitati, ut cum omnibus Philosophis, & Theologis fatemur: ergo summa vnitae omni diuisioni, & pluralitati opponitur. Atqui vnitae Dei non opponitur omni pluralitati, & diuisioni: ergo non est summa vnitae. Subsumptum probatur: quia vnitae Dei comparatur pluralitatem, ac diuisionem personarum Trinitatis: sunt enim personae tres.

Et confirmatur, quia, ut diximus controuers. de Trinit. d. 7. q. 4. unitas hæc metaphysica Dei, quæ entis passio est, pro personarum numero multiplicatur in diuinis: ergo in Deo non est summa unitas, imo neque unitas, sed pluralitas, seu, quod idem proflus est, unitatum pluralitas. Nec facis videtur unitatem hanc Dei, summam, quam Theologi omnes hic adstruunt, esse unitatem essentia, non personarum, ut communiter respondetur. Primo: quia ad unitatem, & summam unitatem, seu simplicitatem essentia non minus spectat absolute: cum in statu physico, & realitatis, ac non præcisionis essentia cum personalibus, quam cum attributis communibus. Secundo: quia, ut citato loco de Trinit. diximus, unitas, quæ entis passio est, statum realitatis, seu physicae entitatis entium, non autem metaphysicum, & præcisionis consequitur, ac proinde in Deo pro personarum numero multiplicatur: ergo in Deo non unitas, sed multitudo, & pluralitas unitatum absolute erit: cum in statu physico, & realitatis, ac non præcisionis essentia cum personalibus, tribusque personis tantummodo esse possit. Denique: quia alias, qui personalia ab essentia realiter distingerent absolute contra Dei unitatem non errassent: atque adeo male à Rhemenf. Concilio, Bernardo, & reliquis Doctores ex unitate summa Dei confutarentur.

4. Nihilominus vero est communis solutio. Nimirum unitatem essentia, ac Dei absolute summam esse: neque et pluralitatem personarum vllatenus detrudere, seu aduersari; quin potius inde diuina unitas, & simplicitas maxime commendatur. Siquidem ex vi unitatis, & summe simplicitatis, & identitatis Dei fit, ut non solum plura, & omnia, quæ imperfectionem non inuoluunt cuiusmodi attributa diuina sunt, aduenit, atque cum suo esse identificent, sed ea etiam, quæ secundum se considerata, atque in aliis oppositionem, & diuisionem habent, cuiusmodi sunt personalia, quemadmodum, quia vno physica distinctio coniungit, atque in vnum cogit: proindeque vno hypostatice est summa vno, quia à Deo distinctissima extrema connectit. Inde vero constat, quam sine diuinam unitatem, ac simplicitatem Dei iniuri, qui essentiam realiter diuidunt à personis. Licet autem, quia unitas, ut citato loco de Trinit. docuimus, statum physicum entis consequitur, unitas pro personarum numero in Trinitate multiplicetur, ut sint tres personæ iuxta fidem, quia tamen in statu etiam physico ex fide vnica Deitas physice etiam est, nulla singularitate essentia in personis multiplicata, physice vna est, neque essentia amittit unitatem, sed ex personarum pluralitate, atque eis unitatibus personalibus augetur, cum ea etiam cum sua unitate physice identificent, ac maxime aduenit, ita, ut nominis per rationem ab eius unitate diuidantur. Ex quibus constat cum absoluta Trinitate personarum, & unitatum personalium pluralitate recte, vique absolute Dei unitatem summam iuxta fidem, & nostra principia consistere.

CERTAMEN II.

Dei unitas numerica, seu singularitatis physica, & metaphysica monstratur.

1. Contra unitatem Dei essentia sua numericam, & singularem physice, & metaphysice, quæ Deorum pluralitati opponitur, eamque infra possibilitatem amandam, atque ad impossibilia, & chimerica relegat, errarunt, errantque gentiles, præsertim Crassiores, qui plures Deos credabant, ac venerabantur; subtiliores vero, peritioresque, ut recte obseruauit Vazq. vnum solum creatorum auctorem colebant. Iouemque Diuorum Patrem, atque hominum Regem, & factorem appellabant, ut Poeta aitbat, *Diuum Patrem, atque hominum Rex*. Quo ceteros non Deos, atque, ut Iouem, à se, sed ab ipso, esse facebantur: quare & ipsum Deum tantummodo agnoscebat. *Christoph. de Origen. de Deo vno, Tomus I.*

bant; Cæterosque ob insignia facinora in cælum, ac Dei Iouis societatem, ac proinde Diuos arbitrabantur. Quia in re, licet in Dei persona errabant, atque alia Deo indigna Deo suo Ioui tribuebant; aut contra Dei unitatem non videntur peccasse. Similiter neque contra Dei unitatem alij ex rudioribus, qui vnum solum Deum estimabant, licet circa personam errauerint. Directe vero contra Dei unitatem, & singularitatem, & expresse, errarunt Cerdon cum suis Cerdonians. Hos iniqui sunt Manichæi: vtrique enim asserbant duo esse rerum omnium principia prima, non quidem distributive omnium vnumquodque, vel vtrumque simul, sed bonarum omnium rerum Deum; maliarum vero omnium demonem: ac proinde pro eo errore receperunt communiter à Doctores.

2. Sed videndum restat an Dæmonem, quem maliarum rerum vnicum principium primum ponebant, à Deo etiam factum negarint. Si enim de Demonum, seu malorum Angelorum creatione à Deo, non aliter, ac de bonorum Angelorum creatione censebant, aliter quidem, non tamen contra Dei singularitatem, & unitatem, de qua nunc errauerunt. Philoponus apud Suidam verbo *Iouanis grammaticus*, & apud Nicephorum. 18. hist. c. 48. & Peratæ apud Præcoleium 1. hæretic. fabul. c. 18. Deitatem in tres personas diuidebant: quare & tres Deos Trinitatis mysterium destruere inducebant, ut Trinitatem conseruarent: vnde merito Trinitaria nominati sunt. Horum partibus recenter accessit Valentinus gentilis Calvinianus professione, patria Cosentinus: licet apertis scripturæ testimoniis conuictus ad Arrianismum tandem ierit, in quo quidem non Dei singularitas, & unitas, de qua hic, sed Trinitas sublata Filij, & Spiritus sancti diuinitate, impugnabatur. Ex quibus constat apertos unitatis Dei impugnatores solos rudiores gentiles, qui plures venerabantur Deos, atque ex Christianis hæreticos Trinitatis, & aliquando Valentini gentilem exitisse. Quibus addendi, & alij hæretici sunt, quos cum eis numerauimus controuers. de Trinit. d. 2. q. 4. cert. 1. num. 8. licet Lullium ibi pro hoc errore citatum ex Eimerico in suo directorio excuset Vazq. 1. p. q. 11. comment. art. 4. ut citatur pro errore eodem à Bernardo Lucemburgensi catalogo hæres.

3. Veritas Catholica de Dei singularitate, & unitate Deorum aliorum pluralitati opposita, adeo est perspicua, ut politiores gentiles nō latuerit, licet in subiecto, seu persona errauerint, ut vidimus. Ex Philoponibus ij omnes naturali rerum ductu eam assecuti sunt plures, qui vnum esse ens à se, ceterorum enim principium, auctorem, causamque primam (id enim ipsum Deus est) asserbant d. 1. Veritatis huius demonstrationes, licet omittende non sint, erunt tamen tacitum differende, ut firmiteribus ex Scriptura Sacra probationibus primus ordine dignitatis, ut par est, locus detur. Primo igitur probatur ex his omnibus locis, quibus Dei propria, solius, unitatisque Dei esse dicuntur in scriptura, Nempè miraculorum de sese patratio, quæ solius, vniuscuique Dei esse dicuntur testimoniis recitatis d. 2. de Trinit. q. 4. cert. 4. n. 2. item cognitio futurorum de sese, & secretorum cordis vnius Dei propria ex datis locis ibi n. 5. Item iustificandi solius Dei potestas ex datis n. 6. & 7. ac demum ex creatione, & conseruatione, & gubernatione rerum propria vnius Dei, ex locis datis etiam ibi nu. 8. omni vero discursu ex locis scripturæ semoto habetur in ea expresse, & in terminis, ut aiunt, conclusio.

4. Deuteron. 6. *Domus Dei vnus Deus vnus est*, cap. 4. *Domus ipse est Deus, & non est alius præter eum*, Ad Roman. 3. fin. ad Galat. 3. & ad Ezech. 4. *Vnus Deus ac 1. Corinth. 8. Non est Deus nisi vnus*. 1. Reg. 2. *Non est Sanctus, ut est Dominus: nec enim est alius extra te*. Psal. 17. *Quis Deus præter Deum nostrum?* Psal. 83. *Tu es Deus solus*. Sap. 12. *Non est alius quam tu*. Hinc cum recitatum locum Deuter. Scriba Math. 12. ita apud Christum Dominum explicasset: *Quia vnus est Deus, & non est alius præter eum*; subdit Euangelista: *videns Iesus quod sapienter respondisset*. Adeo tandem expresse in veteri testamento recitatis locis, aliisque pluribus Dei unitas singularis est, ut quoties Filium se Dei Christus apud Scribas nominabat, ac proinde Deum, blasphemiam ab illis fuerit appellatus. Ex his autem conitatur

ORTEGA  
D. V. I. a

quanto iure Dionys. 2. de diuin. nom. dixerit. *In omnibus fere sacris libris aduertimus diuinitatem sancte predicari: ut singularem quidem, & unicum ob simplicitatem, atque unitatem excellentis illius indiuidui, ex quo veluti iustifica virtute in unum tendimus, & Damasc. 1. de fide c. 5. Apud eos, qui scripturis credunt Deum esse unum extra controuersam est.* Idcirco Patrum testimonis, atque Pontificum & Conciliorum hac de re definitionibus recitandis merito abstinebimus. Id satis notasse fuerit nullum esse Concilium, in quo professione fidei ea veritas definita expresse non sit: atque in omnibus in quibus de Filij, & Spiritus sancti consubstantialitate cum Patre actum est (quorum meminimus q. illa 4. de Trinit.) esse etiam definitam.

**CERTAMEN III.***Eadem veritas rationibus demonstratur.*

1. **V**eritatis eiusdem aliunde, quam ex scriptura, suadenda, ac demonstranda plura argumenta supererant. Primo enim ex Philosophorum, & Sybillarum testimonis suaderi, praesertim gentibus, facile posset: id autem adeo erudite praesertim ab Augustino Eugubino videmus, vt satis habuerimus lectorem ad ipsum 3. de perenni philosophia initio remittere; & de Socrate, Platone, Aristotele, Cicero & aliis constat Catholice hac super re sensisse locis d. 1. de Pythagora, Sophocle, Euripide, Orphico, & Poetis uersutis: videantur insuper Iustin. Martyr. lib. de Monarch. & orat. parenet. ad gent. Lactan. 1. diuin. inst. 1. cap. 4. Tertul. Apologet. aduersus gent. Athanas. orat. contra Idola Cyprian. de idolol. vanit. August. 4. de Trinit. Arnob. 2. contra gentes. S. Thom. 1. cont. gent. c. 42. ij omnes Deum necessario vnum solum esse, nec plures esse posse, multis eruditissimis argumentis, atque efficacibus rationibus contra Idololatras probantur. Quoniam vero non omnia, quae ab his, docte quidem, & acute, congeruntur, intentam veritatem demonstrant: eis, licet satis probabilibus, & efficacibus abstinebimus, ne res, quae plena rationis luce potest ostendi, sub obsecris argumentis probetur: atque in eorum examine solutionibus, earumque impugnationibus trahatur, seu potius distrahatur tempus.

2. Eadem de causa mitto rationem Arist. 8. physic. de primo motore, & 12. metaph. ex eo quod perfecta, & optima gubernatio requiratur ab vniuerso, vt explicat S. Thom. citato loco c. 42. rat. 3. esseque in illo debeat, quae melior est ab vno Principe, quam a pluribus. Item illa quae demonstrat debere esse vnum ens a se, ac non ab alio. Ea quippe necessitas saltem vnius primi principij demonstratur, non autem plurium impossibilitas ostenditur. Quarto miranda sunt tres rationes priores nostri Soanij. d. 30. metaph. sect. 11. in resolutione quaestionis a n. 8. ad 1. vique ad medium: nituntur enim in eo, quod alterum ens, quod vltra vnum, Deus esse dicitur, necessario ab illo vno productus in Deitate, & essentia esse deberet: quo admissio, illud alterum ens Deum non esse manifestum multo ex capite est. Verum qui plures Deos ponerent, nihil prius, faciliusque negarent, quam antecedens: cum enim de conceptu essentiali Dei sit esse ens a se, nihil quod ab alio esse admitteretur ab illis assereretur Deus: sed quotquot Deos, tot entia a se, atque ab alio improducibilia designarent. Totum ergo negotium esse debet in demonstratione antecedentis, seu impossibilitatis plurium entium a se, & improduciorum, quod est nostra, & Soanij, atque omnium conclusio. Nec saliculus antecedens hoc probat, 1. de essent. & attribut. c. 6. n. 6. post med. ex ratione vltimi finis, & quod Deus super omnia diligi debeat: vtumque enim Philosophi negarent, nec, nisi ex alio principio, quam ab eo ibi, & d. 29. metaph. ad lect. 2. adductis demonstratiue conuincerentur.

3. Sic autem ex praedicto entis a se, ac non ab alio, in quo apud omnes conceptus essentialis Dei est situs, eius

multiplicationem, & pluralitatem impossibilem demonstrato primo. Quia ex hoc praedicto inferri debere habere Deum esse cum omni perfectione possibili essendi, quae nullam dicat imperfectionem; atque, si esset alterum etiam ens a se, siue inaequalis, siue aequalis perfectionis essendi, neuter esset cum omni perfectione possibili essendi: siquidem re ipsa perfectione essendi alterius careret: non minus, quam Petrus re ipsa non habet perfectionem essendi, quam Paulus, vel Angelus Gabriel, vel Bucephalus habent: ergo neuter esset Deus. Confirmatur: quia ens a se infinitum debet esse per denegationem terminum, etiam extrinseci, vt vidimus supra d. 2. q. vlt. vnde nihil eiusdem speciei extra ipsum esse potest, nisi, quod Deo indignum, ob imbitam in ipso imperfectionem, sit: atque, si duo essent Dij, neuter esset infinitus per denegationem terminum, etiam extrinseci, cum extra ipsum esset alter Deus, in quo nihil Deo indignum imbibere: ergo neuter esset Deus.

4. Tertio probatur: quia ex eodem praedicto Deus summè bonus esse debet, non esset autem summè bonus, si esset alter aequalis bonitatis, vt esse deberet alter Deus. Quatto probatur quia esse debet ens a se omnipotens: id est omnium, quae extra ipsum possibilia, seu non repugnantia sint virtutem, & potentiam productiuam habere; non haberet autem illam, ac proinde, neque esset a se nec Deus, si Deum alterum, qui e possibilibus per se est, producere non posset; sin vero producere posset, iam ille alter non esset ens a se, & Deus; sed creatura. Quinto inde arguitur: non posse Deum habere supremum rerum omnium dominium, vt necessario habere debet, quod ens a se, Deus, & omnipotens est. Cum enim dominium Dei in reliqua, sit creationis iure, ac proinde in omnipotentia, qua omnia praeter se producere potest, fundetur: si non habeat potentiam productiuam alterius Dei, qui aliquid praeter ipsum est, supremum omnium Dominus non erit: vel, si illius etiam productiuam potentiam, ac proinde dominium habet, ille alter, qui Deus ponitur, ac proinde Dominus omnium supremus, Deus, ac Dominus supremus omnium non erit. Sexto similiter arguitur ex alio Dei, & entis a se praedicto necessario, scilicet Regis, supremique gubernatoris, & Monarchae omnium. Erat enim etiam alterius illius Dei, qui proinde Deus non erit, quod implicat; quod si mutuo Deos illos duos, vel plures, & se se posse producere, atque adeo alterum alterius Dominum & gubernatorem, Regemque esse dicas; praeterquam quod primis argumentis non respondes, nullum esse Deum, dum plures aditus ostendis, & rem mille implicationibus intricatam doces.

**CERTAMEN IV.***Ex comparatione Dei ad creaturas demonstrationes reliquae.*

1. **S**eptimo arguitur, non comparari Diis hisce inter se, sed in ordine ad creatura reliqua ex eisdem praedictis diuinis dominij gubernationis, & regni supremi diuini, quae in duobus, aut pluribus simul suprema; & optima esse non possunt. Etenim, si horum ius, & potestas, quoad vnum, alterius voluntati mutuo, vel non mutuo subderetur illius, vel illorum, qui ita subderentur dominium, regnum &c. suprema non essent, neque absoluta, sed subordinata & dependentia ab alterius voluntate, ac proinde ipsi non esse Dij manifestè conuincuntur. Si autem ex eis nullus in eis ab alterius voluntate penderet, alia aperte, etiam repugnantia inferuntur necessario, ex quibus pluralitas Deorum demonstratur impossibilis. Etenim dominium insolitum circa eadem in duobus ad omnem rei vnum simul habituale, & aeternum admittendum erit: quod manifestam imbit contradictionem: licet per instans donationis rei possibile à nostris recentioribus nonnullis actu simul esse possit. Quos tamen controuers. 2. de Incarnat. abunde, neque admodum leuiter confutauimus. Similiter regia, & gubernatiua potestas absoluta, atque indepen

independens erga subditos eisdem penes duos, aut plures simul esse non posse facile demonstratur. Et sane, cum Dei & dominium & potestas, gubernationis optima esse debeant: monarchicæque omnium optima sit, vt Aristotel. 12. metaph. ostendit; in pluribus vno simul esse non posse euidentissimum est.

2. Argumentor Octauo, tum ex vsu harum potestatum dominij, gubernationis, & regni; tum ex vsu omnipotentia erga creatura, quæ in duobus, vel pluribus illis Dijs esse posse ad hoc argumentum permittit. Etenim vsus eiusmodi potestatum, & omnipotentia, si in solidum & Deo digne ex in eorum singulis sint, independens ab alterius voluntate esse in vnoquoque eorum debet: ergo altero renuente posset alter absolute rebus creatis vti, easque regere, & gubernare, hoc, vel illo modo producere, conseruare, & annihilare pro libito, & nutu suo solo. Hoc autem aliunde ex pluralitate ipsa Deorum repugnat: siquidem alter pro suo etiam solo arbitrio oppositum omnino in creatis, ac de creatis omnibus agere posset. Si autem eorum neuter causa, & voluntate sua cadat, innumera contradictoria euenient. Si autem alter solus compos voti sui euadat; alter proculdubio Deus non est. Nec vter esse summæ in eis vltibus concordet vti summæ bonos: concordia enim voluntatum diuersarum, etiam in æquæ bonis libera est, & contingens, non naturalis, & necessaria: quare absolute potest deficere. Confirmatur: quia Deus ad optimum absolute, imo in aliquo genere, præstantum non tenetur: ergo neque alter Deus tenetur ad præstantum, volendumque siue actione, siue regimine erga creaturas, quod alter vellet quantumvis bonus esset: vtique; maxime, si alter optimum non vellet. Denique: vel ita alter voluntati alterius circa regimen productionem, & conseruationem creaturarum concordare tenetur, vt nullatenus voluntate sua ab illa discordare queat; vel ita, vt absolute discordare possit: hoc postremum, absolute absurda, & impossibilia deducta inferuntur. Si primum ea erit mutua dependetia in vtu eorum potestatum vnus Dei voluntate alterius: ac proinde potestatum eorum Deus erit, easque potestates in solidum habebit.

3. Tandem nono, Deus non solum esse debet ens à se, ac proinde necessarium ens in se, sed etiam necessarium creaturis. Atqui, si plura entia à se, atque adeo plures Dijs sint, nullus eorum esset necessarius creaturis: ergo nullus eorum esset Deus. Minor constat: quia ad creaturarum productionem, conseruationem, regimen, & gubernationem, quous eorum permanente, deficientibusque, & solatis è medio alijs satis foret; ac proinde nullus in particulari necessarius esset. Secundo: quia is solum Deus ad ea omnia requiritur, qui ex iis omnibus adesse demonstratur: atqui ex eis omnibus solum demonstratur vnus Deus, non plures, aut aliquis ex eis vage necessarius, aut aliquis ex eis determinatè. Hinc autem probatur Maior, quia inde ponitur, atque admittitur in natura ens à se, & Deus: quia necessarius est creaturarum productioni, conseruationi, regimini, & gubernationi, vt ex datis demonstrationibus d. i. liquido apparet: ergo eisdem demonstrationibus, quibus Dei existentia, seu ens à se existens ostenditur esse necessarium, eiusmodi ens à se, & Deus nullus necessarius creaturis ad ea omnia demonstratur. Secundo probatur Maior: quia natura in omnibus lapserum odit, etiam in rebus, & causis minutæ quantumvis virtutis, & entitatis: ergo multo magis in entibus infinitis, infinitæque potestatis, & virtutis, cuiusmodi Deus est: ergo in iis solum admitti potest ens nature necessarium, vt maiori propositione ponebamus.

4. Ex qua rursus demonstratur Deum vnum determinate fore: quia Deus vage, & pluralitatem Deorum supponit, cum terminus vage supponens non nisi in pluribus individuus esse possit, quos necessarios creaturis esse non posse satis ostendimus. A rursus: quia Deus vage ad ea omnia necessarius non est, cum, vt sic, nihil possit exercere, & operari. Vnde id ipsum demonstro syllogismo in *Dary*, sic efformato. Deus est ens necessarium non solum in se, sed necessarium etiam creaturis ad productionem, conseruationem, regimen, & gubernationem: atqui vnus determinatè Deus, seu ens vnum à se in singulari est ad ea omnia creaturis necessarium: ergo vnus determinatè, & ens à se singulare est Deus. Ex quibus omnibus patet

quanto iure Tertullianus 1. contra Marcion. cap. 3. dixerit. *Deus si non vnus est, non est.* Et cap. 4. *Deum, si semel unitatem excedat, numero Deorum determinato contineri minime posse.* Cum enim superfluo, ac sine fundamentis, & gratuito contra rationem plures vno Dijs chimericè inducantur, atque arbitrariarum, chimericèrumque rerum numerus statui nequeat, neque plurium Deorum numerus poterit definiti. Si quando vero in Scriptura plures Dijs dicuntur ex gentium phrasi, ac non ex Dei sententia dicitur, vel Dei nomen late sumitur; vt Psalmista, *Ego dixi Dijs estis vos, & Filij excelsissimos.* Quod de iis, ad quos sermo Dei factus est, Christus Dominus explicuit.

Disputari hic tamen posset: an vnitas, tam passio entis, quam singularitatis, quas Deo conuenire demonstraui-mus, sine Dei attributa. Et quidem Dei attributa esse perspicuum ex dictis est: cum Dei essentia metaphysica sit esse à se, seu non ab alio, vt ostendimus d. 2. in quo nec vnitas metaphysica entis, seu esse indiuisum in se, ac diuisum à quouis alio, nec esse vnum singulare, atque immultiplicabile formaliter, seu non plures continentur: imo ex quo, vt vidimus, vtique demonstratur: quod autem specialia etiam Dei attributa sint, nec alia Dei prædicata, & attributa transcendant facile etiam ostenditur. Nam Dei entitatem, & essentiam afficiunt, quam indiuisam in se, atque à quouis alio diuisam singulare, & immultiplicabilem constituunt: quod nullum ex alijs attributis Dei formaliter præstat: quare neque eam rationem in se imbibitam habet, vt opus ad transcendendam erat.



DISPUTATIO VII.

De attributis Dei positius omnino.

**D**E N attributis Dei omnino positius, nomine nimirum, definitione, explicationeque nostra (nam in seipsis omnia Dei attributa positia sunt) Quædam sunt vniuersaliora, quæ entis, vt sic prædicatum metaphysicè consequuntur indiuiduè: cuiusmodi sunt veritas, & bonitas; quædam vero specialiora, vt perfectio, præsertim simpliciter simplex, quæ dicitur, solum Deo competit. Deinde vitalitas, seu viuens prædicatum: de quibus seorsim disputandum hic venit, vt de omnibus Dei attributis omnino positius disputatio habeatur. Licet enim alia etiam positia omnino Dei attributa sint, vt prædicatum intellectiui, & volitiui, ea tamen proprii sede, suis nimirum specialibus controuersis de scientia, & voluntate (quarum quæuis controuersiam integram, præ difficultatibus suarum copia, & grauitate respectè) disputanda sunt. De dominio autem, regno, & sanctitate Dei non nisi post controuersias de omnipotentia, disputari commode potest, & si sint attributa omnino positia: quia ex difficultatibus ibi examinandis, earumque resolutione circa ea pendet definitio. Omnipotentia vero iustam disputationem immediatè sequentem explebit.



QUESTIO I.

De veritate entitatiuæ Dei.

**D**E I x i de veritate entitatiuæ Dei, quæ passio entis est, ne hanc questionem cum alijs de veritate Dei in iudicando, seu cognoscendo, quæ ad controuersiam de scientia spectat, ac de veritate Dei in dicendo, quæ ad sanctitatem Dei pertinet veracitas, quæ proprie est, vel confunderem, vel rectè methodi iniuria miscerem. Hic autem videndum, an præfata veritas in Deo sit: anque speciale eius attributum?

ORTEGA  
L. A. pari  
D. V. Ia